


LIPSI

POLITICORVM  
SIVE

F. DE DERECHO

A  
28  
485










A - 322 (1)

b 13861645

i 15874783



I V S T I L I F S I

A D L I E R O S

(2)

# POLITICORVM

## B R E V E S N O T A E.

b13878517



15874874



L V G D V N I,

IN OFFICINA HVG. A' PORTA,

Apud Fratres de Gabiano.

clo. lo. xciv.

125

POETICORVM  
SERVATORES



IN CHINIA HIC A PORTA  
Abd-Hamidus de Cypriano

15. 15. 15.



I V S T I   L I P S I

A D   I .   L I B .

P O L I T I C O R V M  
N O T A E .

**H**as mihi visum addere,  
Lector, ut dictis meis alic-  
nisque interpres sim, &  
transferam te alibi hærē-  
tem. Præcipuuſ ille finis. quod si la-  
tum interdum aliquid aut floridum  
interuenier, exemplum tibi erit, qui  
noſtra hæc augeas & illuſtres. Quid  
enim aliud iſta, quam velut tabulæ  
quædam dispositæ, & Loc i c o m-  
m u n e s ſunt, ad quos commode re-  
feras lecta tibi in hoc arguimento aut  
legenda? Vide, & imitare.

**P**O L I T I C O R V M   L I B R I . ] Ita inscri-  
psi, nec perperam. Nam et si proprie de Prin-  
cipatu agimus, & eius inſtructio mihi scopus:  
tamen & librorum prior pars velut commune  
opusculum ad quamque Remp. est: & paſſim pre-  
cepta ad omnem Ciuiilem vitam.

## NOTE

## IN CAP. I.

## Præloquium.

PAG. 1.

Forma scri-  
ptionis.

Veterum monitis, immo & verbis.] Ita fecimus. Lapides & ligna ab aliis accipio: edificij tamen exstructio & forma, tota nostra. Architectus ego sum, sed materiam varie vnde que conduxi. Nec aranearum sane textus ideo melior, quia ex se sila gignunt: nec noster vilior, quia ex alienis libamus, ut apes.

PAG. 2.

Fulcra bi-  
na Rep.

Duos Rectores, Prudentiam & Vir-  
tutem.] Sunt duo etiam fulcra: sine quibus lau-  
dabilis & firma Res publica nulla vnguam fuit,  
nulla erit. Tetigerunt virumque alii: sed si nemini  
nem distincte aut plene preceptis id amplexum  
dixerim, libera magis vox erit quam superba.

## IN CAP. II.

## De Deo.

PAG. 3.

Pietatis duo  
membra.

RECTVS de Deo sensus, in Deum  
cultus.] Ita Pietatem definimus. & hac  
deo sane precipua eius munera sive partes, Nos-  
se supremum illud numen, & Venerari. Lactan-  
tius: Omnis sapientia hominis in hoc uno  
est, ut Deum cognoscat & colat. A Sensu  
tamen veniendum est ad cultum. Idem: Sapien-  
tia precedit, Religio sequitur: quia prius  
est Deum scire, consequens colete.

Lib. III.  
Inst. cap.  
XX.Lib. IV.  
cap. IV.

PAG. 4.

Dei proprii  
nomen igno-  
remus.

Ita appello Summum illud.] Hoc  
nisi remoto  
simus, ut ignoremus eum nomen. Ipse increpat:  
Cur

Lib. I.  
cum,  
xiii.  
De F.  
cap. x.Pem.  
cap. v.Ad  
man.Herr  
Pem.  
cap. i.Pem.  
cap. v.

Lib. Iudi-  
cum, cap.  
XIII. 1.  
De Fide,  
cap. XIII.

Cut quæris nomen meum , quod est Mis-  
rabile? Et Damascenus: τὸ δένον ἀκελάντηγρ  
θάντως καὶ ἀνώνυμον έσι: Comprehendi om-  
nino Diuinum illud non potest , neque  
nominari. Etsi nos tamen nomina ab antiquo  
habemus , & quod misemur , plereque gentes qua-  
drilitera. Sed cum eadem Damasceno sentio ,  
nullum nomen aptius Deo tribui, τὸ δένον . Causa.  
ὅλον γδὲ διὰ εἰατρὸν συλλαλῶν ἔχει τὸ δένον τι τε-  
λεῖται & σίας ἀπειρον καὶ ἀπειρον: Uniuersum  
enim illud Esse complectens in se ipse ha-  
bet , quasi mare quoddam infinitum & im-  
mensum. Pulcherrime Hermes: Εἰνι αὐτος καὶ  
τὰ ὄντα , καὶ τὰ μὴ ὄντα. Ipse est , & quæ sunt , &  
quæ non sunt. Quo sensu ? addit. τὰ μὴν ἔχει  
ὄντα εἰσαίωτε , τὰ δὲ μὴ ὄντα , ἔχει τὸ εἰατρόν : Nam  
& quæ sunt , aperuit ; & quæ non sunt , ha-  
bet in se ipse. Ille scilicet est ( Αgyptiorum  
templis rite inscriptum ) τὸ γεγονός καὶ διὸ καὶ εστό-  
μον : quod fuit , quod est , quod erit. ille , ut

Ad Ro-  
man. XI. 1.  
Hermes  
Pecmand.  
cap. I.

Apostolus ait , ex quo omnia , per quem  
omnia , in quo omnia. Hec talia nec impie  
nec inscitè dici possint : sed quanto augustior &  
Deo dignior illa confessio ! Ανελάντης , ἀρρένος  
οὐαπτῆς φωνής υἱοῦ : ineffabilis , non dicendus ,  
silentio exprimendus.

Quod ei co-  
uenientissi-  
mum

Denuo , qui  
est , & quod  
est.

Denuo a-  
nimis hic tru-

Pecmand.  
cap. v.

Mentem solutam quandam. ] Men-  
tem , sed mente subtiliore: n. Hermes ille vere  
Termaximus in his diuinis : τὸ λίνε μὴν τὸ τε-  
τέμπετερον , ἀντρ. ἀτροῦ δὲ , φυχῆ . φυχῆς

Deus mente  
purior.

Vit. vñ dñe, o Deos. Materiâ subtilior, aër. aëre,  
anima. animâ. mens. mente, ipse deus.

PAG. 4.  
<sup>Quo sensu,</sup>  
<sup>deus in mo-</sup>  
<sup>tu?</sup>  
<sup>Vivit perpe-</sup>  
<sup>tuo.</sup>

**Præditam motu sempiterno.**] Recè  
accipe: pro vita & actione sempiternâ. Aristoteles explicabit: Θεὸς ἡ ἀνέργεια, ἀθανασία. τέτο  
δὲ τῇ ζῶν αἰσθέτῳ, ὡς ἀνάγκη τῷ θεῷ νίκου  
αἰσθούση παρέχεται. Dei actio, immortalitas. hoc  
autem est perpetua vita: ut necessum sit  
Diuitiati motum perpetuum inesse. Nam  
Mouet, non  
mouetur.

<sup>Pœmand.</sup>  
<sup>cap. II.</sup>

de alio motu, sanè falsum. Ille omnia mouet, im-  
mobilis: omnia quatit inconcussus. Hermes: τῶν  
ἡ τὸ κινέματος ἐν τῷ κινεμάτῳ κινεται, ἀλλ' εὐ  
εἰσώτι. Η τὸ κινεῖται εἰσιτε: Omne motum non  
in moto mouetur, sed in quiescente. & id  
quod mouet, quiescit.

<sup>Pausa de</sup>  
<sup>deo dicenda.</sup>  
<sup>Nec nisi in</sup>  
<sup>Sacra tra-</sup>  
<sup>dita.</sup>

**De deo etiam vera dicere, periculoso-**  
**rum.**] Qui enim scis, an dicas vera? Circum-  
ludis infinitum & aeternum illud, tu pusille tu-  
mortalis. Atque hoc sensu, istud verum. Alias,  
non nego quin deo liberè & vere dicamus,  
qua de se ipse. id est, qua in sacris mysticisq; libris  
referantur.

<sup>Vñnum ani-</sup>  
<sup>m, in illum</sup>  
<sup>inquirere.</sup>  
<sup>Et inquisi-</sup>  
<sup>tio ea vana.</sup>

**Qui melius scitur, nesciendo.**] Hoc  
quoque pari cautione & sensu. Curiosos tanum  
excludimus: quoniam, ut ait Basilius, τὸ φυχῆς  
νόσομα δεῖ, τὸ νοῦν τὴν τελείωσιν γινεται: Σοὶ διὸ:  
Animi morbus est, malè & superflue de-  
ceo quærere. Quid autem queramus? Celi aut  
sideris unius naturam plenè nondum cepimus:

& vo

*E volumus cœli siderumque auctorem? Vanus  
vani! Poëtam audiamus:*

Philetas.

Θεὸν νόμιζε, καὶ σέες, ζῆται τοῦ μη.

Πλεῖον γὰρ εἰδὲν ἀλλο τὸ ζῆτεν ἔχεις.

Deum esse crede, & colito, sed non  
quarito.

Nam nil habebis aliud hīc, quam que-  
rere.

Laert. in  
eius virtu.

Sed & Bias olim monuit: οὐδὲν λέγε, ως εἴσι.

De diis hoc tantum dic, esse. Pius noster scri-

Hilar. De  
Trinit.

ptor magis piē: Deus religione intelligen- Venerare, r  
dus est, pietate profitendus est, sensu verō rimare.

persequendus non est, sed adorandus.

Cap. 11.

Effectum tamen eius.] Omnia dei ope- Deus in e  
ra & effectus nescenda, si vis ipsum. Νέσ ὄπερα, fītū, &  
ἐν τῷ νοέν, οὐ θεὸς ἐν τῷ νοέν, ait Hermes. Ut  
solem deficientem non direto, sed in aquis in- ius, nōscendū  
tuemur: sic deum in operibus.

De Fide.

Affectus ( si ita appellare fas ) Me- Afficiens  
ritò dubito, imò non dubito. Nam reuera affe- nulli in  
ctiones nullæ in perfectâ illâ simplicidâ naturâ,  
sed puræ res ipsæ. Damascenus: οὐδὲν τὸ  
διον ἐλάθευος: Qualitatis Deus expers. Ita- Deo.  
que propriè non ille Sapiens, Bonus, Iustus: sed  
Sapientia, Bonitas, Inſtitia. Hilarius: Quid-  
quid in deo est, deus est: totum quod in  
eo est, vnum est. Et Augustinus: Quid-  
quid ibi intelligi potest, substantia est.

De Trin.

Nec Plato ignorauit: Αὐτὸν τὸ ἕγε, αὐτὸν τὸ κα- Totus, su  
λόν, αὐτὸν ἕκαστον, οὐ διτὸ τὸ ὅν: Ipsum æquale, stantia est

In Phz-  
done.

ipsum pulchrum, ipsum singulum, quod  
est id quod est.

PAG. 5. Interest animis, & mediis cogitationibus interuenit.] Altè hoc imprimite mortales, vix peccatis. Hesiodus:

Hávē idōr Διὸς ὄφελμός καὶ πάτερνος.

In tenebris Deus. Et Epictetus planè diuinitus: Οταν πλέοντες τὰς Θύρας, καὶ σκότῳ ἔνδον ποιοῦντες, μέμνηστε μηδέποτε λέγεν, ὅτι πύρος εἶτε. Εἰ γὰρ εἶτε. ἀλλὰ ὁ θεός ἔνδον εστί, καὶ ὁ ὑμέτερος δαίμων εστί. καὶ τίς τοῖς χρείαις φωτός, εἰς τὸ βλέπειν τι πιθανόν;

In Dis-  
sertat. ab  
Arriano  
digestis,  
lib. i. cap.  
xiiii.

Cum ianuas adduxeritis, & tenebras intus feceritis, ne unquam in mentem veniat dicere, quod soli estis. non enim estis. sed Deus intus est, & Genius vester intus est. Quid autem opus iis lumine, ut videant quæ agatis?

In C  
millio

I N C A P. I I I.

De Religione.

PAG. 8. OMNIA prospera colentibus deos, aduersa spernentibus.] Serio cogitare debet Princeps. Religio neglecta aut proponere Res. floret, aut lapsa, traxit semper remp. secum, & trahet. Vates ille haud vanus.

Di multa neglegti dederunt sibi bis p  
Hesperie mala lactuosa. Et Lattanius adserit, Ideo mala omnia rebus humanis cottidie ingrauescere, quia Deus mundi huius effector & gubernator

Herm  
cap. x

Horat.

Lib. v.  
Instit.  
cap. ix.

Lib. i.

dere

derelictus est : quia suscepit sunt , contrà quām fas est , impiæ religiones .

In quam naturæ vitio nos proni . ]

Adeo verum est , ut in alia vitia duci videamur , in hoc rapi . Plutarchus haud iniuriâ deplorat <sup>Superstitionis</sup>  
nos naturâ.   
τὸν ἀγριεστίνην αἰδεῖσθαι , οὐ περ τοῦ εἰχόντος , οὐδὲ κρατεῖσθαι αὐτὸς , ἀλλ' ἐκφερομένην , οὐτε μὴ εἰς δεισιδαιμονίαν ή τύφον , οὐτε ἢ εἰς ὀλιγωσίαν τὸ θεῖον <sup>Ante impie</sup>  
Ἐπειφέρομεν : humanam infirmitatem , incitam terminumque non habentem , nec sui potentem : sed efferentem se , modò in superstitionem & vanitatem , modò in neglegētum rerum diuinarum & contemptum .

Arguit ut idem addit , οὐδὲ λαζαία , νοῦ το μηδεν  
ἀγανακτεῖσθαι : Religio , & ut nihil nimis , optimam : Si tamen peccandum est , fateor tutius meliusq; peccari in hanc Superstitionis , quām

Hermes , illam Impietatis partem . Νῆστος οὐ μεγάλη φυγῆ , οὐθετησι . ἔπειτα δέξει εἰς τὰ κακὰ ἐπικαλεθεῖσι , η ἀγαθον εδέν : Magnus , magnus animi morbus est , Impietas : quoniam illum opinio & inclinatio ad omnia mala sequitur , boni autem nihil . Et sancè eā stante , nunquam Resp. stabit .

In mediocritate virtutis .

Pessima  
Impietas .

Perniciē  
rerum , in  
obligatur .

Nulla res multitudinem efficacius regit , quām supersticio . ] Multitudinem dico , non hanc togatam tantum aut nūlibrem , sed etiam illam accinctam & militarem . quae , ut idem Curtius vit , alioqui impotens , sœua , mutabilis , ubi vana religione capta est ,

Superstitionis  
efficax ad  
regendum .

\* melius vatibus quam ducibus suis pareat.  
*Vñsurparunt  
hoc finē  
multi.*  
 Itaque usi vel abusi haec saepe viri Principes.  
 ut P. ille Scipio, qui Iouem in Capitolio consulebat: Q. Sertorius, qui ceruam circunducebat: C. Marius, qui Syriam quandam fatidicam, Martham: P. Sylla, qui in præliis præferre & ostentare solitus sigillum Apollinis. & exempla plura. Sed illud Caroli VII. Gallorum regis eximium: cuius res accisas valde reparauit hoc commentum. Virguncula fuit Iohanna Lotharinga, (a deo ne instincta, an humanâ aliquâ fraude subornata?) qua palam ad Regem venit, & mirâ constantiâ asserta diuinitus se missam pellendis è Galliâ Anglis. Res relata ad consilium: suasa, dissuasa. Regi admittere visum, & prudenter. Eius sanè operâ, imo & ductu (nam arma gerebat, & viris præbat) Aurelianum arcta obsidione liberatum, & pleraque alia fortiter ac feliciter gesta. Ad extreum tamen vacillavit vaticiny fides, cum Iohanna capta ab Anglis & Rhotomagum ducta, igne exusta est ut præstigiatrix.

(PAG. 8.

*Principem  
debet su-  
perstitio.*

At tu fuge.] Ab omnibus superstitione arcenda, à Principe maxime quem altus scilicet erectusque animus deserit: at Superstitione & aniles persuasiuncula, ut cum poëta dicam,

- faciunt animos humiles formidine Lucret,  
diuum,

Depressosque premunt ad terram.

*Barbari ad  
eam præmis-*  
Et sanè vilium ferè aut barbarorum est Supersti-

ti

In s-  
tio.Epi-  
cxxx

Hist.

In Serio. *stitio. Plutarchus: Εὐάλωσεν εἰς δειπνούμονον φύση τὸ βαρβαρεῖν: Inclinant naturā ad superstitutionem barbari. Quod idem censem de fæmineis imbecillisq; naturis.*

Epist.  
cxxxiv.

*Deos à superstitione timeri.] Intelle-  
ge, seruiliter timeri. Nam duo vitū huius pro-  
pria, Nimius timor, Nimius cultus. Seneca: Su-  
perstitione, error insanus est. amandos timet;  
quos colit, violat.*

*Religentem oportet esse, religio-  
sūm nefas. ] Mens prisco huic versui, religio-  
nem cum modo habendam, ut omnia bona: que su  
talia esse desinunt, si ille absit. Nam Religiosum  
prisci dicebant in vito, & cum copiā quādam  
immodicā, ut Mulierosum, Vinosum. Si autem  
alibi modus hic seruandus, certè Principi: imo  
omnibus, qui in Rep. versantur. Nicephorus Gre-  
gorias haud inscite. τῷ γῳ μόνῃ προσέχοντι τὸν  
νῦν τῷ κῷ θεὸν θεωτίᾳ, ὅπερι καὶ σπουδαιοῖς ἐνδια-  
τρίζειν προσίνει. οἵτις τῷ μῷ τῷ αρετῆς καὶ πολι-  
τικῶν πόνοντει οὐθὲ, καὶ τῷρει τοξεία πραγμάτων  
παντοῖων, οὗτος λαὸν οὖν γενεῖ τὰ βελτίστα καὶ  
σωτήρια πράτιστος: Nam qui in vna Dei con-  
templatione mentem defigit, huic tali  
montes & speluncæ conueniunt. at qui vna  
cum virtute ciuiles etiam mores coniun-  
xit, & notitiam sibi parauit rerum varia-  
rum, ille verò populum ad optima & salu-  
berrima ducere idoneus est.*

*Optimus animus, pulcherrimus  
cul*

*Timor ei co-  
mes & an-  
gor.*

*P A C. 9.  
Intellectus*

*sanus in ver-  
su veteri.*

*Modesta  
religio Pris-  
cipi conve-  
nit.*

*Religio in vita & fa-  
gu.* **cultus:**] Breuiter hoc ipsum & acutè Lactan-  
tius: Religiosissimus est cultus, imitari. Lib. v. In-  
stit. cap. x.

*Etiam Hermes Aegyptius: Opuscula & Ge-  
mia &c, unum &c numerum: Vnicus (certe præcipuus)  
Dei cultus est, non esse malum. Possem hic  
quedam apposita & vere: sed Megarensis ille  
Sapiens mihi inclamat, &c. r. t. w. m. c. o. d. w.*

PAG. 10.

**Moysen illum Aegyptium.] Historio-  
la, quam aspexi, amœna & hodie utilis est. Tu, si  
lubet, ab auctore eam pete.**

## IN CAP. IV.

## De Fato.

PAG. II.

*Fatum lo-  
rin verbum.* **E**T vocem Fata sequuntur.] Hac men-  
te veteres Fata voluerunt Ioui presta esse  
cum stilo & tabulis, ad inscribenda eius dicta.  
*Veterum in-  
solucra.* Latinus Pacatus: An ut illi maiestatis tuæ  
participi Deo feruntur assistere Fata cum  
tabulis: sic tibi aliqua vis diuina subseruit,  
quæ quod dixeris scribat ac suggerat? Et  
Marcianus Capella Parcas, scribas Iouis  
appellat, quod eius decreta in æreas tabulas  
referant. Ouidius aspexit:

In Paneg.  
ad Theo.Ouid.  
Met.Metam.  
xv.

— cernes illuc molimine vasto

Ex ære & solido rerum Tabularia ferro.

PAG. 12.

*Fato immu-  
nit.* **Ipsi homines, tamen in parte.] A Deo  
Voluntas à enim sunt, ait Augustinus, omnium potesta-  
tes, quamvis ab illo non sint omnium vo-  
luntates. Ab uno & perpetuo illo bono, iure amo-  
uemus omnia mala. Trismegistus: Autem ḥ τοῦ**

Lib. v. De  
Ciuit.  
cap. ix.

Cap. xiv.

Sen.  
Nat.  
Qua-

ποιεῖντι ὑδὲν καὶν, οὐδὲν αὐχρὸν τομίζομέν τοις  
 γένησι τὰ πάθη τὰ τῇ γένεσι παρεπόμενα, ὥστε  
 οὐτε τῷ χαλκῷ, οὐ δύπτῳ τῷ σώματι. ἀλλὰ τὸν  
 ὁ χαλκευργὸς ἐποιεν, εἴτε τὸ δύπτον ὁ ποιητὴς γε-  
 γόμεν, εἴτε τὸν κανίαν ὁ Θεός: Ab ipso condi-  
 tore nihil malum aut turpe esse existimandū est. Hæc enim sunt affectiones qua-  
 dam adhærentes & concomitantes ipsam  
 generationem, sicut erugo æs, & lorde  
 corpus. Atqui nec æruginē faber fecit, nec  
 lordes auctor produxit, nec malitiā Deus.

Nullis consiliis vel auxiliis vita-  
 mus.] Ammianus: Nulla vis humana vel  
 virtus meruisse vñquam potuit, ut quod  
 præscripsit fatalis ordo, non fiat.  
Fatum in-  
evitabile.

Heu fatis superi certasse minores!] P A G. 13.

Ita Iupiter ipse apud alium poëtam

Deus non  
subest Fato.

Me quoque fata regunt.

Et Apollo Pythius apud Herodotum: Τινὲς τε φω-  
 μένιοι ποιέουσι ἀδιώκαται οἱ διοργάνειν τοὺς θεοὺς:  
 Decretam sortē nec Deo quidem est effu-  
 gete. impiā sententiā dicam, an stultā? Cur enim  
 numen vincatur à Fato? nunquam certant.

Et nosip̄sī cùm Deum supra Fata esse dicimus,  
 magis Stoicis contradicimus, quam aliquid pro  
 re dicimus. Nam que hic comparatio? proinde  
 est, ac si ambigam Indexne super sententiam sit,

Nec id tam  
mutat.

an ipsa super illum. Sed mutare, inquiunt, Fata  
 an Deus potest? Abi inepte: scito eum nolle. & hoc  
 fatis. Ordinem fati æterna series regit, cuius  
 hæc

**Hæc prima lex est, stare decreto.**

*Consilia no-  
stra sibi Fa-  
tum aptat.*

**Consilia corruptit.]** *Quæ aut mala  
scilicet immittit, aut nec bona fortunat. ἢ Ψ*  
*Θείας καὶ συμμαχήσεως προνοίας τοῖς τῷ αὐτόπτῳ  
βελόμασι τε καὶ πράγμασι, πονηρόν αὐτοῖς ἀπαν-  
τά τὸ τέλος. Εἰ σφόδρα τοι ἐναντιώτατον. Εἴτε γὰς  
βιλησόρθος ὁ εὐλησόρθος, εἴτε αὐτόρεος ὁ αὐτόρεος,  
ἄλλα τά τε σοφὰ βελόμαστα πορὸς ἀθροὸν τελε-  
τῶσι πέρας, Εἰ τὰ γνωμῆς καὶ αὐτοκινήτατα πράγ-  
ματα, ἀναρρόν τε καὶ μάλιστα αἰχράν τινα πάτερν  
παρπάνται: Nam vbi diuina Prudentia non  
commilitat consiliis actionibusque homi-  
num, malus iis exitus obuenit, & cogitatio-  
nibus valde aduersus. Nam tunc neque vir  
consultus, consultus est; nec fortis, fortis;  
sed etiam sapientissima consilia insipienter  
desinunt, & generosa maximè ac fortia fa-  
cta torpem & infamem exitum consequun-  
tur. *Liuius breuiter, de Gallorum aduentu ad Lib. v.  
Urbem: Occecat animos Fortunæ, vbi vim  
suam ingruentem frangi non vult.**

PAG. 14.  
Fata per  
causas a-  
gunt.

**Vt quod accidit, etiam meritò ac-  
cidisse videatur.]** *Lucani eadem mens:* Lib. vii.  
*Hoc placet, ô soperi, vobis cùm vertere  
cuncta*

**Propositum, nostris erroribus addere  
crimen?**

*Et reuera is ordo causarum & eventuum, ut  
etiam humanâ ratione non aliter cadere debuisse  
indicemus. O mira sapientia! que res omnes*

iti

Niceph.  
Greg. lib.  
vii.

Sen. Co-  
sol. ad  
Heluias

Sen. OB  
uiā.

Tac. II  
Ann.

Sen. pa-  
in Praef.  
i. Con-  
trou,

Ouid  
Metam.

ita dirigit & flebit, ut tamen ipsi illuc iuisse vi-  
deamur. Quid ergo? ad peccatum impellit deus? Trahit nos  
sepe Deus  
in externa  
mala.  
non, non, sed ad lapsum. id est, res & fortunas  
mutat; ab alto deicit, ab imo attollit: & haec ta-  
lia extrema; sic ut nos ipsi consiliis factisq; gradum  
nobis struamus ad fatalem illum lapsum, siue ascen-  
sum. Ut qui in vinculis a lictore ducitur, plerumq;  
sponte it, trahendus tamen nisi eat: ita hic.

Tibi quis hic fructus? ] Fructum unum  
& praeципuum expressi, Patientia: licet alterum  
nunc addas, Scientia. Vos qui in Regno aut Re-  
publica, scite: ferri & volvi omnia sursum, deor-  
sum, & nullias rei eodem semper loco stare  
fortunam.

Sed cum  
culpa tamē  
nostrā.

P A G . 15.

In Fato eō-  
sideranda  
volubilitate  
rerum.

Sen. Con-  
sol. ad  
Heluiam,

Regitur satis mortale genus,

Sen. Octa-  
viā.

Nil sibi quisquam spondere potest

Hodie sic,  
cras alter.

Firmum & stabile.

TAC. III.  
ANN.

Atque ut noster ait, rebus cunctis inest qui-  
dam velut orbis, ut quemadmodum tem-  
porum vices, ita & morum vertantur: imo  
& Imperiorum. Graci floruerunt? post hos Afri, Regna in-  
firma.  
post hos Romani, post hos Scythae: & qui scio an  
non brevi noua aliqua gens? Nam fati maligna  
perpetuaq; in omnibus rebus lex est, ut ad  
summū perducta, rursus ad infimum; velo-  
cius quidem quam ascederunt, relabantur.

— Sic omnia verti

Quid.  
Metam.

Cernimus, atque alias assumere ponde-  
ra gentes,

Concidere has.

Stare in fastigio Scythas siue Turcas iam video:  
& sta

Sen. pater  
in Praefat.  
1. Con-  
trou.

et stare. A multis annis nulli eorum progressus: profecto (verè vaticinor) spectant casum. Hec talia, quisquis rebus consiliisq; interes, considera: et quantum humano ingenio potest, praeuide quo inclinent se fata. et tu ad illa. Nam miser quid pugnes? καὶ τὸ εἰπεῖν ἐδιάσκει πραγμάτων αὐτοποτό, οὐ μὴ σωματούλων ἔχει τοῦ ἀνθετοῦ δεξιῶν, τύτοις καὶ γῆς καὶ θάλασσα μάχει. Et αὖτε, ωστε τοι δραπέτη θεοῖς καὶ δίκαιοις δραστήριος οὐτισμόν: Ex ipsis factis homo discat, quæcumque cooperantem & commilitantem nō habent supernam dexteram, his terrā & mare & aërem aduersari, tāquam fugituum aliquem Dei & Iustitiae violatorem efficaciter persequentia. At con-

illuc omnia trā. quo Fatum vergit, alia etiam omnia: et ve-  
luti viam illi muniunt ignari aut inuiti. Cesar ad  
Principatum venire debet? Societatem cum illo  
Pompeius coēat, & calide, euchat iuxiā scēs  
Deicere postea vult? frustra, causam dumtaxat  
armorum prebeat, turpiter & imperite ex Ita-  
lia fugiat, aleam de summā re uno pralio iaciat  
festinanter. Romanos imperare fatum est? An-  
nibal à Cannis Romam non petat: Philippus fo-  
dus sine effectu cum illo ineat, & nauis cum lega-  
tis velut casu capiatur: ceteri item reges qui-  
escant, & alij post alios vincātur, fatali omnipium  
ignauia. Quid de hodierno Europe statu cogi-  
tem, sileo. Sed Fatum quid tibi vis? quod telum  
subito in me iniçis? Ecce nuncius, \*

Tac. xv.  
Annal.

Obiit.  
Kal. Ju-  
lii, anni  
cīo. 17.  
LXXXIX.

PLANTI-  
N V M illum meam, quo neminem ego, nemo me  
fidelius

Niceph.  
Greg. vii.

In H  
pol.

Apu  
Ammi  
lib. x v

fidelius amauit; illum pulcherrime artis columen, & stili mei lucem; abiisse. Heu, heu, ego viuo & scribo?

## IN C A P. V.

## De Conscientiâ.

POTEST contingere nocenti ut la-  
teat, latendi fides non potest.]

PAG. 16.

In Hip- Imitatus est & argutè extulit minor Seneca:  
pol. Scelus aliqua tutum, nulla securū tulit,

## IN C A P. VI.

## De Probitate.

ESSE, quām videri, probus malis.]  
Machiauellum ergo nemo audiat, qui simu-  
latam nescio quam virtutem Principi induit, &  
sciene feruientem. O dogma ad Principis perni-  
ciem pariter & subditorum!

PAG. 20.  
*Pura pro-  
bitas . pra-  
ba.*

Honestum ei vile est, cui corpus  
nimis carum est.] Cato Censorius in hanc  
sententiam: Cultus magna cura tibi, magna  
virtutis incuria.

PAG. 21.

Apud Ammian. lib. xvi. sententiam: Cultus magna cura tibi, magna  
virtutis incuria.

## IN C A P. IX.

## De Vsu.

QVIS QVIS in re Ciuali intelle-  
gens haberi volet, opus ei Ex-  
perientiâ.] Multa & pulchra apud Philoso-  
phum in loco vide, quem hic citavi. Illud certum. Experiens  
intellegere te aliquid ex lectione vel auditu in

PAG. 26.

*in Rep. opus.*

rebus Ciuitibus posse, atque etiam indicare; tangere aut tractare eas non posse, sine usu.

## IN CAP. IX.

De Memoriâ rerum.

PAG. 27. PLVRA ad Prudentiam confert.] Si  
vlla quidem res ad Prudentiam publicam  
privatamq[ue] facit, facit Historia. quam Leoni fu-  
turo Principi, Basilius pater iam Princeps, egre-  
giè commendat, verbis qua merito adscribo: 150-

Historia co-  
pendiosa  
laus. &  
fruictus.

είας ἀρχαίας ἔξερχεται μὴ κατόκηθ. ἐν αὐταῖς γῳ Cap. LVI.  
δρύσεις ἀπόπτωσις, ἀπέρ οὔτεροι σωτῆσαν ἐγκόπτωσι.

ἡ μάθοις ἐκεῖθεν τὰς τε τῆς σπουδῆιν ἀρετὰς, Κ  
τὰς τῆς φαύλων κακίας, τὰς τε τῆς βίης πολυτρόπεις  
μιτεῖσολας, καὶ τὸν αὐτῷ πραγμάτων τὰς ἐναλλα-  
γὰς, καὶ τὸ κοσμικὸν ἀστέρι, καὶ τὸ τὸ ἀρχῆς ὅμε-  
τόπλων, Κ απλῶς εἰτεῖ, τῇ μὴ φαύλων τὰς  
ἀμοιβὰς, τῇ ἡ σπουδῆιν πρότερεων τὰς ἀντιδότεις,  
ῶν τὰς μὴ φύγεις, ἵνα τὸν ἐκεῖθεν δίκιον πεῖραν μὴ  
λάβῃς, τὰς ἡ κατέρθωσης, ἵνα τῇ ἐντεῦθεν ἐπάθλων  
κατεξιωθῆς: Per Historias veteres ire ne  
recusa. Ibi enim repieres sine labore, quæ  
aliij cum labore collegerunt. atq; illinc hau-  
ries & bonorum virtutes, & improborum  
vitia: vitæ humanæ varias mutationes, &  
rerum in eâ conuersiones: mundi huius in-  
stabilitatem, & Imperiorum præcipites ca-  
sus. Et, vt verbo complectar, malorum fa-  
ciorum pœnas, & bonorum præmia. quo-  
rum illa fugies, ne in diuinæ Iustitiæ manus  
incidas; hæc amplecteris, vt præmiis quæ ea  
comi

Liu.

Praef  
Archæ

comitantur, potiaris. *Hac Grecus ille Imperator, in libello quem Κεφάλαια συγγεντια in-scripsit: probo, pio, & digno quem Principes legant.*

Eadem ad Ciulem hanc partem PAG. 28.

*ut illissima.] Non tamen omnis Historia, ne*

*erres. Ut aurum non quaevis terra gignit: sic*

*nec hac promiscua, Prudentiam Ciulem. Quæ*

*illa igitur? ea, quæ tres has Notas habet: Verita-*

*tem, Explanationem, Iudicium. id est, quæ legitimi-*

*ma Historia est, & perfecta. Nec enim talem*

*ego unquam censuero, cui trium horum aliquod*

*deest. Prima Nota VERITAS est. ut nem-*

*pe res euentusq; omnes puriter & ex fide nar-*

*Liu. ret, nec quidquam (quod nimis ferè incli-*

*nant scribentium animi) haustum ex vano*

*velit. Olim & nunc rara virtus: & à quâ non*

*affectu solum aut aspectu plerique abeunt, sed*

*specie etiam virtutis. Nam fidem in Principem*

*aut statum censem, narrare aliquid non ex fide.*

*Atqui hac fundamentum operis est: καὶ οὐ ἀλη-*

*θεῖα (ait in hac ipsâ re Dionysius) ἀρχὴ φρον-*

*τεώς τε καὶ φιλίας, & Veritas, principium pru-*

*dentiae simul & Sapientiae. Ut animanti oculi-*

*los si eruas, reliquum corpus inutile reddas: sic*

*Historiam, si ab eâ hoc lumen. In falsâ & er-*

*rante, quomodo non fallare semper & erres? ta-*

*lis firmiter nunquam te diriget, aut tuas actio-*

*nes. Nota altera EXPLANATIO est. ut rem*

*scilicet non fideliter tantum narrat: sed dispo-*

Basilij Mi-  
nitioria.

Quæ His-  
toria Poli-  
tico virtutis

Ea qua Ve-  
ra sit.

Praefat.  
Archæol.

nat etiam atque exponat. Quomodo, & quare, quidque gestum sit, addat: ut non modò casus eventusque rerum, sed ratio etiam causae-  
que noscantur. Magna hec l*aus*, & Polybio  
iudice, ita necessaria, ut usum non habeat que-  
cumque eā caret. Ισοείς γρ, inquit, εάν τις κα  
καὶ τὸ πρᾶχθεν πότερα δέλογον ἔχει τὸ τέλος, τὸ Lib. III.  
κατελεπούμενον αὐτῆς, ἀγώνισμα μὴν, μάθημα  
ἢ γνῶντας: Ab Historiâ si quis auferat,  
Quare, Quomodo, Quo sine quidque sit  
actu, & an ex ratione satis ceciderit; quid-  
quid in eā reliqui, id ludicrum magis erit,  
quam doctrina. At notæ tertia, I V D I-

Quemixta inacut. C I V M. ut discriminem lumengz rebus adhibeat:  
& hoc probet, (sed breuiter, & quasi aliud agens,) Tac. fil.  
hoc damnet. quod præcipuum manus Annalium reor, ne virtutes sileantur; viisque  
prauis dictis factisque ex posteritate & in-  
famia metus sit. O pulchra ista pars! & qua  
actiones vitamque, omnem format & dirigit, si  
a iudicio tamen profecta directo. Nam prauus  
aliquis aut imperitus, frustra illuc se dabit: &  
cum suo tamen irrisu magis, quam nostrâ noxâ.  
quia vanitas statim apparet. Ha sunt tres illæ  
Note; quas in quacumque Historiâ repperies,  
Veteri sive Nouâ, scito purum probumque, esse illæ  
aurum. Scrutare.

Iudicium  
Historico-  
rū, qui nobis  
probi.

Sed visne etiam ad specimen distincte scripto-  
res aliquot tales tibi ingeram? faciam: et si in hoc  
indi

iudicio, iudicium meum ipse in iudicium mitto.  
Distinguam per Tempora & Gentes. Inter Gre-  
cos veteres duo sunt mirificè mihi probi.

THUCYDIDES: qui res nec multas nec magnas nimis scripsit, sed palmam fortasse pre-  
ripit omnibus qui multas & magnas. Elocutio-  
ne totâ granis & breuis, densus sententiis, sanus  
iudiciis: occulte ubique instruens, actiones vi-  
tamq; dirigen, orationibus & excursibus penè  
diuinus. Quem quo sapius legas, plus auferas:  
& nunquam tamen dimittat te sine siti. Alter  
ab isto est.

De Thucy-  
dide senten-  
tia nostra.

POLYBIUS. qui multa & preclara li- De Polybiis,  
bris xl. composuit: sed pars pleraque, aut rot-  
a perii, aut mutilata ad nos venit, cum fraude ge-  
neris humani. Illo iudicio & prudentiâ Thucy-  
didi haud dispar, curâ & stilo solutior, qui exce-  
dit, abrumpit, diffundit, & sepe non tam narrat,  
quam ex professo docet. Sed recta & salutaria  
ubique eius monita: & quem ego hoc magis Prin-  
cipibus commendatum velim, quod anxiâ in  
eum inquisitione non opus, sed sensus suos aperit  
& reuelat ipse. Nam Thucydides sape artior &  
obscurior: eoque qui circa Principem magis, quam  
Principi aptus.

Inter Grecos medios PLUTARCHVS est. De Plutar-  
qui non Historiam propriè, sed particulas Hi-  
storie scripsit & ablégit, Illustrum virorum  
vitas. Sed dignus tamen, si quis aliis, Principe  
cho.

Scriptor. qui iudicium mirificè format, & diffusa  
ac plana quadam scribendi viâ ad Virtutem  
ubique & Prudentiam ducit. sed ad illam ma-  
gis: &, nisi fallor, melior omnino quam acutior  
doctor.

*De Xeno-  
phonse.*

XENOPHONTEM prætero? absit. Sed  
laudatissimus ille Cyrus eius non habet hic lo-  
cum, quem magis ad exemplum vite, quam ad  
fidem rerum scripsit. In reliquâ Historiâ (Græ-  
canicâ inquam, aut Persicâ) sane suavis ille, &  
fidus, certe circumspectus scriptor: e quo tamen  
haurias magis Prudentiam hanc Ciuilem, quam  
ut ultrò eam propinet. Sententias quidem &  
dogmata raro miscet. Sed iuuit nos hic egregie  
viâ alia. cum Thucydidem adhuc latenter, & in  
suâ manu ut opprimere (ò candidam, & ab omni  
emulatione vacuam mentem!) primus ipse pro-  
tulit & diuulgauit.

*De Nicetâ.*

Iam inter infimos quoque Gracos duo sunt,  
quos non contemno. Prior est NICETAS  
CHONIATES, qui res Gracanici imperij

\*Ab anno Christia-  
no . . .  
cxiix. scripsit, orsus à \* Iohanne Commeno Alexy F. ad  
annū cir- urbem captam, sine ad Balduinum Flandrum.

visque ad cetero . . .  
cex. illo aeo. Stilus eius operosus, poëtas & Homerum  
sepe resipiens: at res & narratio ipsa, distincta,

composita, sine vanitate, sine ineptius, breuis quod  
satis sit, & fida. Crebra apud eum & opportu-  
na monita: iudicia non libera solum, sed sana.

Ad

*Ad summam, legite vos Politici, gratiam mihi aliquis pro indicio habebit. cerè debebit.*

Alter est, NICEPHORVS GRÆGO- De Grego-  
RAS, qui historiam & filum narrationis eius  
exceptit, at non laudem. Scripsit enim ab urbe  
captâ res, ad Andronici Palæologi posterioris  
mortem: sed nequaquam pari castigatione aut  
industriâ, & vitia plura traxit sui cui. Super-  
fluit, aut euagatur: & res orationesq; proprias  
miseret, indecorè, imò ineptè. Iudicia tamen eius  
crebra, & plerumque recta: causa euentuum  
curiosè posita: pietas inculcata, & multa oppor-  
tunè ad primam illam caussam relegata, id est  
Deum. Sane Prouidentiam & Fatum non alius  
scriptor afferuit magis. Legendus cum hoc no-  
mine, tum etiam illo, quod pleraque eius Historia  
ab aeo nostro non dissidet: imò lites dissensusq; in  
Sacris reperies, haud dissimiles hodiernis.

LATINI sequuntur, quorum agmen COR- De Tacite.  
NELIVS TACITVS mihi ducat. Ante  
Lauium? inquies. Non eloquentiâ, aut aliis vir-  
tutibus: sed iis quas nunc consideramus, Pruden-  
tiae & Iudicij notis. Quis illo verius narrat, aut  
breuius? quis narrando magis docet? In moribus  
quid est, quod non tangat? in affectibus, quod non  
reuelet? Mirabilis omnino scriptor, & qui serio  
hoc ipsum agit, quod non agit. Nec enim Historia  
solum est: sed velut hortus & seminarium  
præceptorum. Ut ij qui vestes acu pingunt, in-  
geniosè gemmas inserunt, sine confusione aut

noxâ formarum: sic iste passim Sententias, serie narrationis nihil omissâ aut lesâ. Scaber tamen quibusdam & obscurus videtur, suône vitio, an ipsorum? Nam acutè arguteq; scripsisse fateor: & tales esse debere, qui eum legent. Ideo Consiliariis magis Principum, quam ipsis commendoz: qui habeant hunc Sapientia simul & Prudentia verum ducem.

De Sallust.  
flio.

Alter esto **C. SALLVSTIVS**; omnino primus, si libros modo eius haberemus. Sed Historiarum corpus illud totum periit: & ex his pauculis, admirari cum magis libet, quam anxie indicare. Illud video, Thucydidi simillimum esse: & ideo qua de illo dixi, dixisse hic me puta.

De T. Li-  
tio.

Tertius est **T. LIVIVS**, magnitudine quidem & maiestate operis ante omnes. Diffusus ille & placidus, in concionibus maximè disertus; & talis omnino qualem Fabius descripsit. Patauinitas ei obiecta ab Asinio: id est, nisi fallor, sermonis quedam peregrinitas, nec tam in verbis quam stilo toto. Nos quoque supinum eum alibi, aut frigidum, imò & ταυτολόγων agnoscimus: deriuaturi libenter tamen in exscriptores hanc culpam. Iudiciis sententiisq; bonus est, et si non frequens. quid refert? pro ipso loquitur docetque copia rotuentium & exemplorum.

Di. Q  
curio.

Sequuntur scriptores duo, velut proprij Principum, & assidue iis in manu sinuque habendi. **Q. CURTIUS**: qui me iudicet probus est legitimi

Taci  
Hist

legitimusq; *Historicus*, si quisquam fuit. Mira in sermone eius facilitas, in narrationibus lepos, astriktus idem, & profluens; subtilis, & clarus; sine cyrra vllâ accuratus. Verus in iudiciis, argutus in sententiis, in orationibus suprà quam dixerim facundus. Quod si varium magis argumentum habuisset; fallor, aut varia Prudentiae eximum magis specimen præbuisset. Sed Alexander, quid nisi bella?

C. CÆSAR res suas ipse digessit: compo- De C. Cæ-  
sare  
siù sane, & pari modestiâ ac libertate. In stilo sunt que culpem, sine eius tamen culpâ. nam in aliam aliquam & alienam manum accessisse, satis mihi liquet. Prudentiam non è verbis eius hauries, sed è factis: & maximè Militarem. Commentarij enim sunt, & nihil pollicentur præter nudam simplicemque narrationem.

Inter mediae etatis scriptores (prob dedecus!) non est quem pro mediocri *Historico* laudem. Adeò labente imperio barbaries statim & squalor omnia occuparunt: & si qui scripserunt, y ferè ad vana delapsi, falso vera, aut maiora vero, miscuerunt. AMMIANVS tamen MAR- De Am-  
CELLINVS fidei & iudicij satis clarus est, cellinus.  
modo stili.

L A M B E R T U M etiam S C H A F N A- De Lamb.  
B V R G E N S E M hanc planè contemno, in re- Schafna-  
bus Germanicis. burgensem.

Vii nec R O D E R I C U M T O L E T A-

De Roder.  
Toletano.

N V M , in Hispanicis . Vterque bonus , quantum  
potuit in tali aeo.

*At patrum & nostro aeo videtur Historia se  
commouisse. Scripsit eam ante annos paulo mi-  
nus centum PHILIPPVS COMINAEVS,  
ita laudabiliter, ut nihil verear componere cum  
cum quouis antiquorum. Incredibile est quam  
ille omnia videat, penetret, arcana consiliorum  
ernat, & subinde instruat nos salutaribus raris-  
que preceptis. & id diffusè, Polybiano quodam  
exemplo. Quamquam reuera Polybium aut ta-  
lem aliquem ille nec vidi: & hoc quoque lau-  
dem eius auget, quod tanta præstítit, literarum  
omnium rudit, solo usu rerum peritus, & natu-  
rali quadam iudicij bonitate. Ite nunc scioli, &  
linguarum aliquâ cognitiuncula vobis placet.  
At Princeps noster hunc legit, & Enchiridium  
COMINAEVS illi esto. Dignus Alexandris  
omnibus hic PHILIPPVS.*

*De Paullo  
Emilio.*

PAVLVM ÆMILIVM comitem  
huic do, qui in Gallis, & res quoque Gallicas  
scripsit, et si non Gallus. Ludouicus XII. decus  
hoc Italie abstulit, & vindicauit sibi. Ille, ut rem  
dicam, penè unus inter nouos, veram & veterem  
Historia viam vidi, camq; firmo pede calcauit.  
Genus scribendi eius doctum, aeruofum, pressum;  
ad subtilitatem & argutias inclinans, & relin-  
quens desigensq; aliquid in animo serij lectoris.  
Sententias & dicta sape miscet, paria antiquis.  
Rerum ipsarum sedulus scrutator, severus index:

nec legi nostro aeo, qui magis liber ab affectu.  
 Dede<sup>cus</sup> cui est, quod minus ille placeat, quasi  
 pauci sint qui capiant hec bona. In tantis tamen  
 virtutibus etiam habet abecula. quod stilum parum  
 necit, & spargit diuiditq; eum in minuta que-  
 dam membra. Hoc cum in omni seriosa oratione  
 parum congruum, tum in Annalibus minime:  
 quorum est, ut ille ait, tarda quedam & iners  
 caus. corr. structura. Deinde, quod inaequalis, alibi nimium  
 Eloq. anxius & castigatus, ideoque subobscurus; alibi  
 (sed rarer) laxus & solutus. Vetus tamen etiam  
 nescio quid affectat in nominibus hominum,  
 locorum, urbium immutandis, & in veterem  
 formam redigendis: saepe eruditè, interdum va-  
 ne, sed, ut ego indico, semper indecorè. Quorsum  
 Chartierius Gallorum Cancellarius, Qua-  
 drigarius mihi sit? Ille ipse Cancellarius, di-  
 catur Praefectus iuris? & ubique rex Tarra-  
 conensis, Castulonensis, Dux Gelduben-  
 sis: qui nobis & maioribus fuerunt, Arragonia, <sup>z</sup>  
 Castellæ, Geldriæ? Talia infinita sunt auda-  
 cer & ambitiosè innouata, & cum fraude pari-  
 ter ac cruce lectoris. In his, & paucis aliis, si re-  
 singere leuiter eum nobis fas: (audeo dicere) vi-  
 rum daremus supra omnem hanc nouitiam, &  
 ad priscam laudem.

Sunt & cui nostri Historici duo, quos tangam.

FRANCISCVS GVICCIARDINVS, De Franc.  
 prudēs peritusq; scriptor, & qui tales lectores suos Guicciardi-  
 facit. liber est & verax; ab affectibus immunis:  
 si ta

Si tamen ab odio, quod retegere mihi non semel  
videtur in Ducem Urbinatem. Sententias bonas  
utilesq; inserit, sed parum astriccas. Vitia duo  
propria huius aui non effugit, Quod & iusto lon-  
gior est, & Quod minutissima queque narret.  
parum ex lege aut dignitate Historie: qua, ut  
*Ammianus* ait, discurrere per negotiorum Lib. xxvi.  
celitudines assueta, non humilium minu-  
tias indagare caussatum. Sed nec orationes  
eius satis vegeta mihi, aut castigata, anguent,  
sepe, aut solute vagantur. Denique, uno verbo,  
inter nostros, summus est Historicus: inter ve-  
teres, mediocris.

De P. Ieronio.

**P A V L L V S I O V I V S** multorum iudicia  
magis acerba, quam libera experitur. Acriter  
valde in virum eunt. Ego de eo sic censeo. Stilo  
bonum grauemq; esse, & plane ad historiam  
iudicio ac fide, ambiguum. Vbi affectus non distra-  
bunt, rectum; ubi illi adsunt, obnoxium. Ad gra-  
tiam scilicet se dat & auram. Laudationum nec  
caussam sepe habet, nec modum. Genti sue, Va-  
stio, Medicis, nimis ex professo addictus. his  
quidem ita, ut Laurentium Medicem parricidi-  
orum velut apud indices agat. Orationibus quo-  
que aut frigidus interdum, aut ineptus. Lan-  
dandus tamen legendisque ob multiplicem &  
variam rerum seriem, quas redegit composite  
& dilucidè in unum Historie corpus. Imo nec  
in Persicis aut Turcicis tam vanus, quam vi-  
deri volunt, & fidem ei in plerisque adstruunt

Tur

Ap  
Diog  
Laert  
Arist

Turcici Annales, qui nuper \* prodierunt.

De PETRO BEMBO aliquid addam? illustri dignitate & famâ vir fuit: quam tamen Historiâ suâ Venetâ apud me non auxit. Iacet in narrationibus, vel friget: in verbis affectatione culas habet materie aut viro serio parum dignas. Nulla vox nisi ex Tulliano aut Iuliano penit: & que sic dici non possunt (quippe noua, vel iis ignota) miro verborum ambitu comprehendit. Ipsa etiam scriptio & formulae sic composite, quasi hac omnia Romæ gesta, & republicâ illâ stante. Sunt in quibus rideam, sunt in quibus indignaber. & cum tam curiosè à verbis sibi cauerit, reperio alibi, que, non dicam Tulliana non sint, sed vix Latina.

\* Hoc anno, edete Io. Leoni, clavvio.

De Petro Bembo.

Hec iudicia nostra super præcipuis Historicis sunt. Nec enim omnes sancè aduoco. quid opus? Bonis ad usum & exemplum hec satis sunt, improbis ad calumniam plus satis.

### IN CAP. X.

#### De Doctrinâ.

PAG. 30.

Apud  
Diogen.  
Laert., in  
Aristot.

**A**D Prudentiam facit validè.] Omnis omnino Doctrina ad Prudentiam facit, & animi interior ille cultus. Tacite enim acuit, & iudicij vim format. Aristoteles dicere solitus: οὐδὲν ὅπασις δέοντες τοι εἰσχονται αἴρονται τὸ φῶς, οὐδὲν ψυχὴ δέονται τοῖς μαθημάτων. Aspectus à circumfuso aëre lumen accipit, mens à doctrinâ.

Doctrina  
mentem il-  
lustrat.

Quia

**Quia animum ad accipiendam il-**  
**lam præparant.]** Nam animus noster per se  
*Eadem animus domat.* ferox, mollescit per doctrinam & se frangit, dis-  
 citq; affectus & omnes motus magis habere in  
*Modestiam inferit.* potestate. Plutarchus pulchre: Οὐδὲν γὰρ ἄλλο In C. Mar-  
 Μυσῶν δημοκρίας δεπολεμύσον ἀνθρώποις τοστόν, cito Co-  
 ὅσην ἐξημερωσαὶ τὴν φύσιν, οὐδὲ λόγον καὶ παιδείας,  
 τῷ λόγῳ δὲ ξαμένω τὸ μέτρον, καὶ τὸ ἄγαν δεπο-  
 λεμύσει: Nihil maius ex Musarum placido  
 commercio homines capiunt, quam quodd  
 naturam mitigent, & mansue eam faciant  
 Ratione & Doctrinâ, amplectentem ex iis  
 Modestiam, & quod Nimis est fugientem.

*Ab hac va-*  
*eni ruerit.* Itaque idem ille scriptor Marcio Coriolano &  
*C. Mario* hoc desuisse ostendit, summis alioqui In C. Ma-  
 viris: qui, inquit, si Musis Gratiusq; litassent, non  
 impetu ablati tam fœdum & turpem rebus suis  
 exitum dedissent. Considera.

*Ad rem*  
*transferenda*  
*Doctrina.* Haurienda, sed ad usum.] Absit enim  
 ut Princeps hic desideat, aut in meditatiunculis  
 consenescat. Ut qui ignem à vicino petit, non  
 illuc haret, sed ablatu eo domi focum suum ac-  
 cendit: sic capiendi à Doctrinâ igniculi illi Pru-  
 dentie, & ad usum actionemq; Ciuilem trans-  
 ferendi sunt.

PAG. 32. **Qui fructuosa, non qui multa scit,**  
*Redundans sapit.]* Egregie in hac re Aristippus. σεμνω-  
 στιν, in μέντη τινος ὅπῃ πολυμαθίᾳ, ἔφη, Οὐστερός όχι τὰ Alistip.  
 μάλιστα εἰδίοτες καὶ γνωριζόμενοι ὑγιεινάς μᾶλλον  
 τῆς τὰ δεοντές προσφέρομένων, έτοις όχι οἱ πολλαὶ,  
 αλλα

ελλ' οι γρήγορα ἀναγνώσκοντες, εἰσὶν αὐτοῖς  
quopiam se iactante ob multi-scientiam,  
dixit, Ut non ij qui plurimū comedunt  
& exercentur, melius valent iis qui modi-  
cē; ita non qui plurima, sed qui utrissimum  
legerint, docti censendi & studiosi. Ergo  
modus tenendus, præsertim Principi. nec imme-  
rito Julianus Deserter ( alias magnus & multi-  
plici virtute Imperator ) male audinuit, tanquam Julianus hic  
nimius.

Ammian.  
xvii.

Ioh. Zo-  
naras in  
Annal.  
tom. iii.

Græculus litterio, & Philosophis nimium  
deditus. Sed nec Hadrianus extra culpam affe- Et Hadria-  
nus.  
Etatæ supra modum doctrinae. Peccauit pariter  
Michaël Dux & filius, Byzantij Imperator, qui, Et Mi-  
chaël.  
ducente Michæle Psello, ita totum litteris se de-  
dit, ut gubernatio rerum pœnes alios esset, & tur-  
piter imperium debonestaretur. Ego sane Traia-  
num aliquem malim, doctum leuiter, sed vigi-  
lantem, serium; quam principem otiosum & in  
litteris deliciantem.

Tenuitque, quod est difficillimum,  
ex Sapientiâ modum.] Pulchra gnome Modus in  
Scientiâ.  
& admonitio. Sed quis igitur ille Principi  
aptus modus? Ego hunc censeo, ut neque ni-  
hil, neque omnia discat. Nam Ludouicum Non tota ea  
undecimum valde damno, qui filium Carolum  
fierenda.  
omnium bonarum artium rudem voluit, Ne  
esser, ut aiebat, in consiliis capiendis refrac-  
tior, & tenacior sui sensus. Et mehercule  
hoc est asscutus. Nam illum iam regem duo  
trœsue homunculi, & i ex vilissimis, huc illuc  
pro

<sup>pro suo arbitrio circumegerunt, cum magna</sup>  
 subditorum indignatione & damno. Gothorum  
 causa, penè dicam, iustior. qui, cùm Amalaf-  
 suinthā egregia fœmina filium suum Atalaricum  
 liberaliter institui doceriq; curaret, cœtu facto  
 ad eam venerunt, querentes regem suum nec  
 rectè nec decenter institui. Nam ista omnia lit-  
 teraria longè à robore & armis abesse, imò effe-  
 minari iis animum & ad timorem traduci.

Procop.  
De Bel.  
Goth. li. i.

Quare hac omitteret, & magistros exueret, Tac xiv.  
 satis amplis doctoribus instructus, maiori-  
 bus suis. Parere Amalassuinthā debuit, cum

Annal.

<sup>Assimēda</sup>  
<sup>fatis vultu.</sup> rogantium post damno. Hec mala & barbara  
 sunt: atque omnino seriatâ institutione formandi  
 in primis illi, qui ita nati sunt, ut bona ma-  
 laque eorum ad rem. pertineant. Qua-

Tac. iv.  
Annal.

\* In illis ea esse debeat, \* alibi commodius, si deo vi-  
 quz De  
 Institutione sum, dicam.  
 concepi-  
 mus.

### I V S T I

IVSTI LIPSI

AD II. LIB.

# POLITICORVM NOTÆ.

IN C A P. I I.

De præstantiâ Principatus.

**R**E G N U M res inter deos ho-  
minesque pulcherrima. ] PAG. 18.  
*Dicitum simillimum in Plutarchi Regni prae-*  
*(sive quis alius scriptor) Euafia.*  
*gora: Πάντες ἀν ὁμολογουσαὶ τυ-*  
*παριδα, Εἴ τοι θεῖν ἀγαθῶν καὶ τοῦ ἀριστίων,*  
*μέρισον καὶ σεμιότατον καὶ σεμαχιότατον ἔχει:*  
*Omnes faciuntur, Regnum, inter diuina*  
*humanaque bona, maximum, augustissi-*  
*mum, & summo studio appetendum esse.*  
*Atque ego si me effundere in asserendo lau-*  
*dandaque Principatu velim, benigna materia*  
*est, & ingenium seruat: sed malo te hac ab aliis*  
*petere, qui in Politicis scribendis habent has Dis-*  
*fertatiūculas velut pro precipuo scopo. Mihi alia*  
*mens est. & tamen quidquid ad rem dici potest,* *Nos stri-*  
*semina eius in Textu nostro iacta ferè habes.* *et in multa*  
*Quod scito me (semel moneo) alibi seruasse.* *diximus.*

IN C A P. I I I.

De Fœminatum impetio.

**P**RO iisdem consensu aliquot gen- PAG. 41.  
 tes. ] Pleraque gentes in Christiano orbe, *Fœminas*  
*imperare*

excipio Gallia regnum. Sed & veteres Asiatici ita usurparunt. Arrianus: Νεομορφέον ἐν τῇ Ασίᾳ, ἵτι δόθη Σεμιράμις, καὶ γυναικας ἀρχεῖν ἀδύον: Receptum solitumque in Asia, iam-inde à Semirami, etiam fœminas imperium in viros exercere.

1. De reb<sup>a</sup>  
Alexand.

## I N C A P. IV.

De Electione &amp; Successione.

PAG. 43.

*Ad manū  
Principis  
capiendū.*

**M**INORE discrimine sumi Principem, quam quæri. ] Affidet Cornelianæ huic sententia illud Ireneus Imperatricis in re simili: ὃς δὲ βασιλεὺς πρὸ τοῦ ἀποβῆτα τοῖν, παρόντας μὲν μετανιῶν: Quod nec absensem Principem querere oporteat, nec præsentem demouere.

Apud Ni-  
cer. Cho-  
nian. 1.  
Ann.Lop-  
Goma

## I N C A P. V.

De Mutatione in deterius.

PAG. 46.

*Ance  
perīū  
multū  
bonū, non in  
ipso.*

**S**I VĒ etiam Regni ipsius natura hoc perfert. ] Potui addere causam tertiam, Fal-sam de regnativo opinionem. Nam quod Galba olim euénit, qui omnium iudicio dignus imperio, nisi imperasset: id multis aliis, qui in bonā spe, adepii denique imperium, ostendunt eo se minores. Nec temere à Pittaco dictum: Ἀρχὴν αἰδοψα διενύσει: Imperium virū ostendit.

Tacit. I.  
Hist.Spart.  
Hadri.*Regnum  
depravat.*

Diuturnitate in superbiam mutant.] Aegrè scilicet tam magna felicitas fertur. atque ita ipse Tiberius post tantam rerum expē-

Tac. VI.  
Ann.

Lib. v.

de reb<sup>o</sup>  
xand,

experientiam, vi dominationis conuulsus  
est, ait meus scriptor.

## IN C A P. VI.

De fine Principis.

**V**T ea opibus firma, copiis locu- PAG. 45.  
ples.] *Populus ab his externis Principa- Externa bo-  
tium bonum maxime metitur. Itaque legi non na à Prin-  
sine risu in Mexicanā Historiā (libenter & iu- cipe possu-  
cundè ritus noni illius orbis considero) morem iis lantur.  
fuisse, ut cum regem alium consecrarent, is iura-  
ret in hac verba: Iustitiam se administratu- Atos Indo-  
rum. nullum è subditis oppressurum. bello rum.  
fortem futurum. Effecturum vt Sol cur-  
sum splendoremque suum teneret, nubes  
pluerent, riui current, & terra produce-  
ret omne genus frugum. Que postrema unius  
Dei propria, vides ridiculē ab homine posci &  
promitti: idq; ab hac causā.*

Lopez  
Gomara.

Nec remp. tuam esse, sed te reip.] *Ha- PAG. 47.  
drianus Imperator in concione saepe dixit, Reip. Prin-  
Ita se rempub. gesturum, vt sciret populi ceptis seruit.  
rem esse, non propriam. Vox aurea, & res  
multo magis, cùm prestatur.*

## IN C A P. IIX.

De Regno Virtute firmando.

Spart. in  
Hadr.

**I**LLE reip. status optabilis.] *Partem PAG. 52.  
hic magis Polybianæ sententia, quam ipsam  
expressi. Atqui digna adscribi. Eyw γε οὐαὶ δὲ  
ἀρχαὶ εἴηται τάσσεις πολιτείας, si ὁν αἱρεταὶ*

Lib. vi.

νὸν φάντας συμβαίνει γένεθλιον τὰς τε διωνάμετρούς καὶ τὰς συγάσσεις. αὐταῖς δὲ εἰσὶ οὖθι, Κριμοτάρα μὲν αἱρετά, τὰς τε κατ' ιδίαν βίσσαν τὴν ἀνθρώπων ὅσιες δοτοτελεῖ καὶ σωθονταις, τότε κοινὸν ἥθος τὸν τολεως ἡμερον αἴπερ γάζεται καὶ δίκαιον. τάδε φάντα, τείχετον.

## I N C A P. IX.

De Imitatione & aspectu ciuium  
in Principem.

P A G. 53.

Principem  
subdit et  
mulantur,

**Q**VALES in rep. Principes, tales ciues.] Theodericus rex Gothorum ad Senatum populumque Rom. Facilius est errare naturam, quam dissimilem sui Princeps possit rem publicam formare. Ut igitur regulam oportet rectam esse, ad quam cetera adequantur: sic merito Principem, ad quem alijs diriguntur.

Apud Cas-  
siod. III.  
Vari. Ep.  
xii.

## I N C A P. X.

De Iustitiā necessariā regnū.

P A G. 56.

Iulus turpe  
dictum.

Anaxarchi  
pernicioſus.

**L**ICET, si libet.] Iulia Auguste dictum Left, prinignum suum ad stuprum innitantis, & addidit amplius: An nescis te Imperatorem esse, & leges dare, non accipere? & quæ turpis & perniciosa illa Anaxarchi adulatio, qui, cum Alexander lamentaretur ob Clytum imperfectum, nec solatia admitteret: dixit, Ignorare illum, cur veteres sapientes Iustitiam ad sestricem loui fecerint. nimis, quia quidquid à loue decretum, id iure quoque factum sit. Anaxarchi tales, sed occulti, utinam non hodie apud imperantes!

Apud Ar-  
rian. De  
zib. Alex.  
lib. v. &  
Plut. in  
Alex.

Con-  
c. cxx

Apud  
lib. i  
cap. vi

Lib. ix  
oratio  
Posthu-  
mij.

## IN CAP. XI.

De Iustitiae administratione.

**C**AUSSAS reosque audiat.] Ipséne? PAG. 59.  
 Can per alios? Vtrumque: & hoc magis. Certe quin ipse quoque interdum Iustitiae illud munus in publico utiliter ac décorè obear, non puto ambigendum. Veteres Imperatores ac Reges fecerent: & Caroli etiam Magni Constitutio hec legitur. Hoc missi nostri notum faciant Comitibus & populo, quod nos in omni hebdomadâ vnum diem ad cauassas audiendas sedere volumus. Populo autem dicatur, ut caueat de aliis causis ad nos reclamare, nisi de quibus aut missi nostri, aut Comites, eis iustitiam facere noluerint. Vbi finem etiam huius consilij vides. nempe ut per supremum illum iudicem, ius sicubi labat, corrigatur, firmetur.

Medeatur noster Princeps.] Utinam, PAG. 61.

Comin. utinam! Ludouico Galliarum regi x. 1. hoc proposuit: & caussadicina illa, vera tabes Galliae, nunc non esset, si ille pauculos annos fuisset. Exoriatur alius, & efficiat ut tandem viperæ istæ sibila-re desistant.

Leges &amp; li-tes reciden-da.

Apud Fl. lib. i. v. cap. vlt. utinam! Ludouico Galliarum regi x. 1. hoc proposuit: & caussadicina illa, vera tabes Galliae, nunc non esset, si ille pauculos annos fuisset. Exoriatur alius, & efficiat ut tandem viperæ istæ sibila-re desistant.

## IN CAP. XIV.

De Fide.

IN Capitolio vicinam Iouis opt. max. PAG. 69.

**I**esse voluerunt.] Credo hanc eandem men-tem esse in Liuiianis verbis: Apud quos (Romanos) iuxta diuinæ religiones Fides hu-mana colitur. Et profecto sanctitas quadam in

Fides pro-dea.

Lib. ix. in oratione Posthu-mij.

ipsâ fide. Scytharum legati ad Alexandrum,  
pulchrè: iurando gratiam Scytha sancire,  
ne credideris. Colendo fidem, iurant. Græ-  
corum ista cantio est, qui acta consignant,  
& deos inuocant: nos religionem in ipsâ  
fide nouimus. Qui non reverentur homi-  
nes, fallent deos.

## I N C A P. X V.

## De Modestia.

P A G. 73.

Primi ad Sa-  
perbiām re-  
ges.

**I**N alto positum non alta sapere, diffi-  
cile est.] Certè difficile. & magnæ felici-  
tatis est, à felicitate non vinci. Ut quinvis haud  
facile multum vini feri: non item abundantem  
fortunam. Da mibi circumspectissimam regem:  
tamen inter tot obsequia fortunæ, non satis  
cauta mortalitas est. *Natura, educatio, adu-  
latio, depravant.*

August.

Curt. 112.

*In eam re-  
mediū co-  
gnitio sui.*

**S**aladini  
præclarum  
fallum.

Non minus hominem se, quam ho-  
minibus præesse, cogitet.] Hoc primum  
remedium & cautio a Fastu, se cogitare. Ex-  
terna illa omnia sunt que te inflant; estimari  
debes à te ipso. Illa abeunt, veniunt: tu quid es,  
nisi vile insirmumq; corpus? Vide non quid in te  
magnum habeas, sed quid tuum. Saladinus,  
Christianorum cùm terror, qui Syriam, Aegy-  
ptum, & Africæ bonar partem subegit, morti-  
iam vicinus in cogitationem hanc serio descendit:  
& solam interiore tunicam, pro omni pompa  
suebri, in hassa sublimem ferri iussit, cum ac-  
clamatione. Hoc vnum ex domitore Orien-  
tis restare. O virum illæ & maiore fortunæ  
di

In T  
mol.Sen.  
Fac.Laert  
Child

dignum, qui tam bene eam cepit! Nihil hic proprium aut tuum, corona, sceptrum, & omnia haec ad quae stupemis, à Deo sunt: & ne auferat, tu ad eum refer. Thymoleon, magnus laudatus dux, qui Dionysium Siciliā eiecit, & in illustri gloria vixit, exemplo hic tibi esto. de quo Pro-

In Thy-  
mol. bus: Nihil unquam neque insolens, neque gloriosum ex ore eius exiit. Qui quidem cùm suas laudes audiret prædicari, nunquam aliud dixit, quam se in eā te maximas diis gratias agere atque habere, quod cùm Siciliam recreare constituissent, tum se potissimum ducem esse voluissent. Nihil potest magis sapienter, magis Christiane

Thymoleon-  
tu meditata.

Magnas arbores diu crescere, vñā horā extirpari.] Remedium alterum, cogitare Superbia  
Superbia  
affiduā comitem, Deiectiōne & Pœnam.

P.A.G. 74.

de propria  
adhaeret.

Sen. Her.  
Fur. Dominare tumidus, spiritus altos gere,  
Sequitur superbos vltor à tergo Deus.

Liērt. in  
Chilone. Nihil altum ille, preter se, vult. eiq' proprium,  
rā pō vñā rātērāv, rā ḥ rātērā vñār.  
erecta deiicere, deiecta etigere.

Vidi cruentos carcere includi du- Ibidem.  
ces.] Remedium tertium, a fortuna varia ni- Varia &  
mis & incertâ. Hodie magnus es? cras alius, aut miseranda  
nullus. Iugurtham in carcere, Persicum in custo- fors regum.

dia obiisse scimus: & patrum memoria, quam il- Tomambais  
lustre exemplum Tomambais est! Ille Aegypti Tomambais  
Africæq. Sultanus, in veteri & felicissimo regno, exitus.  
non solum eo subito exnititur, sed & vita. Atbiuer

NOTA  
paullo antè vite necisq; gentiū, in urbe suā prin-  
cipe, mulo viciam per ludibrium circumductus,  
infami laqueo, & manu carnificis, strangulatus  
est. Quid sub idem illud cui, Attabalipa in nouo  
orbe magnus Rex, nonne in carcere, post infinitam  
vim auri quasi pro vita extortam, amisit &  
vitam? In eodem tractu rex regum Mexicanus,  
nec usitatā quidem morte obiit, lento igne per  
summum cruciatum ustulatus. Quæ tam tragica  
exempla meritissimò verbis Seneca concludo:  
Quod regnū est, cui non parata sit ruina, &  
proculeatio, & dominus, & carnifex? Nec  
magnis ista interuallis diuisa: sed horæ mo-  
mentū interest inter soliū, & aliena genua.

PAG. 74. **Oratio pressa.**] Ut moneta illa optima,  
quæ pretij plurimum haberet in parua mole: sic  
sermo, qui sensus. Quid visurus sim, nescio. sed  
verbosus valde & una sapientes, nondum ego  
vidi. Ceterum hec Breuitas imprimis decet Prin-  
cipem. Tacitus de Galba; Imperatoriā, inquit, 1. Hist.  
breuitate adoptari à se Pisonem pronun-  
ciat. Caussa apud Demetrium Phalereum hac:  
Nam præcepta & iussiones, quæ Principi  
conueniunt, brevibus verbis formantur;  
preces autem, quæ humilioribus, verbosæ  
& longæ esse debent.

PAG. 75. **In Cultu ne exuberet.**] Juliani Imper-  
atoris familiare dictum fuit: Turpe esse sa-  
pienti, cum animum habeat, captare laudes  
ex corpore. Et sane viri magni, incuriosi rerum  
ista

Attabalipa.

Quahumis-  
moci.

Breuitas ser-  
mo opti-  
mua.

De Trag.  
Animi,  
cap. xi.

In Agri-

Synel.  
Orat. de  
Regno.

Ammian.  
lib. xxv.

ii. Oper.  
& dict.

istarum leuium. Carolus noster Quintus in ueste  
restrictus. Ludonicus x i. cultu corporis nem-  
inem familiarium antecipuit. Iulius Agricola (ita  
in Agric. scribit de eo Tacitus) cultu modicus; sermo-  
ne facilis; adeo ut plerique quibus ma-  
gnos viros per ambitionem aestimare mos  
est, viso aspectoq; Agricolâ, quererent fa-  
mam, pauci interpretarentur. Et quid exem-  
plis opus? uno verba, plerique illi veteres ἀπλῶς  
ιαυτῷ εἶχον, ἐν δόπῳ σκεῦλαι, ἀλλ' δόπῳ τῷ Συζῆς  
βασιλεῖς ὄντες, καὶ τάνδον τῷ πλήθεις διέφερον, τὰ  
ἔχοντος ὅμοιοι τοῖς ἀγελαῖοις ἐφαίνοντο: leuiter  
& sine curâ seipso habuerunt, non ab ap-  
paratu, sed ab animo reges; & introrsum à  
plebe differebant, extrorsum vel gregariis  
similes videbantur. Ego Gracorum Impera-  
tores (imagines enim existant) sine risu non  
afficio, in purpura, in auro, in gerulis, &c. a capite  
ad calcem non regie, sed muliebriter cultos.

Munditas mulieribus conuenire.] PAG. 75.  
Ideo Hesiodus quoque monet:

Μηδὲ γυναικεῖω λεπτῷ γέδα φαιδρώεθε  
Ἄνερα.

Nec muliebri se comptu lotuq; polito  
Vir quisquam.

Nec aliter de externâ omni specie  
censeo.] Ut in comitatu, in vicinâ, in omni  
tuâ vitâ quam minimum sit Tragœdia & pom-  
pæ. Cari Imperatoris illustre exemplum non  
omittendum, quia nec vulgatum. Synesius ita

Nimia &  
afflata  
pompa ster-  
nenda.

<sup>\*</sup>Vide Vo  
piscum &  
Eutrop.

narrat. (*Carino tamen adtribuit, per errorem, Orat. de  
vti opinor: quia Carus res in Persas gessit, Ca-  
rinus contrâ mollis; deses, & nullâ expeditione  
nobilis.*) sed is ita narrat. Bellum inferebat

Regno.

*De Caro  
narratio  
amena.*

Persis, & iam ad Armeniorū limites peruen-  
nerat. Illic militem curare corpus, & ci-  
bum è suo commeatu capere iussit, mox ex  
hostico (Parthorum agros ostendebat) pe-  
tendum. Dum id agunt, ecce hostium lega-  
tos, qui adueniunt. Atque illi opinabantur  
futurum primò, ut ad Proceres quosdam  
aulicos deducerentur: deinde dierum ali-  
quot interuallo, ad Imperatorem. Atqui in-  
ciderant casu in ipsum iam cæhantem. Cir-  
cumstabat frequens miles, sed auro aut ar-  
gento nihil cultus. Ipse tunica punicea in-  
dutus, iacebat in herbâ. Cibus erat, vetus  
aliquod nigrum pulmentarium: & in eo  
frustula quædam salsa suillæ carnis. Cum  
autem legatos vidisset, nihil turbatū aiunt,  
nec quidquam immutasse, sed vocasse ad se  
vltrò, & dixisse, Scire quod ad se venissent.  
nam Carum hunc ipsum esse. Inbere igit-  
tur, ut renuncient iuueni suo Regi. Nisi re-  
fipiscat, futurum ut intra vnam Lunam  
omnis eorum silua & omnis ager, magis  
nuda & latua sint, quam *Car* ipsum caput.  
& simul cum dicto pileum sustulit, & caput  
ostendit tam glabrum quam galea eins quæ-  
adiacebat. Et si quidem appeterent, iussit  
manum in ollam mittere: sin minus, statim  
ab

In C  
ment.  
Princ  
doct.

In P  
cle.

abire, & extra Romana præsidia esse, tanquam legatione omni iam defunctos. Ita me Deus amet, hæc virum olen, imo heroem.

## IN C A P . X V I .

## De Maiestate.

**T**RISTITIAM & arrogantiā exuas.] P A G . 77.

In Com-  
ment. Ad  
Princ. in-  
doct. Externa si-  
perbia non  
ad Maie-  
statem.

Quæ duo imperiè nonnulli adsumunt, quasi consilianda Maiestati. Plutarchus hos tales taxat. Qui mentem nō habent, reges & Principes, inquit, imitantur imperitos statuarios, qui existimant colosso suos magnos & venustos futuros, si tibiis quam maximè ductis, & inflatos, & hiantes fecerint: sic isti grauitate vocis, & toruitate aspectus, & morum asperitate, & insociabili quadam vitâ, dignitatē & maiestatem imperantium exprimere se censem.

Viles plerumque, qui nimium ciui-les.] Nimis co-  
mitas hand-  
bona.

Periclis in-  
flatum. *Omnino abstractione quadam opus iis qui gubernant, & ne nimis vulgo se vulgent. Pericles scivit: qui antea familiaris maximè & co-*

*mis, simul remp. attigit, ab omni cetero amicorum & continuis se abiunxit, vita genere quodam sub-*

*ducto, & plane mutato. Causam Plutarchus ad-*

*iungit. Δεινας γέ, ait, οἱ οἰλεροσιών ταῦτα*

*ὄγκες πειρόθεας, καὶ δυσούλακτοι εἰ σωπήσαι,*

*τὰ μέρη δοξαν σεμνὸν: Comitas enim facile fa-*

*stum omnem atterit, & in familiari con-*

*suetudine ægrè custodias illud opinionis*

*de te augustinum.*

In Peri-  
cle.

## IN CAP. XVII.

De variis Virtutibus decoris Principi.

PAG. 79.

*Ne regant  
famines.*

**N**E c tamen coniugum imperiis obnoxius.] *Nam quod subsidium in eo, ut inquit Tacitus, qui à fœmina regatur? Cui tamen humili & seruili vitio plerumque feroce & militares gentes obnoxias esse, Aristoteles notauit: & hodie nos videmus. Sed ut imperia mulierum, ita consilia non semper damno. Vtiliter Interdum sepe eas Princeps audiet: præsertim si qua à natura puello magis facta ad prudentiam & virtutem. An Augustum paenituit, Liuiam suam Isabella re-gina law. audiisse? Ferdinandum Hispanie regem, Isabellam? cui fœmine Consaluum, Canarias, Nouum orbem, eiecos Mauros, & hanc magnitudinem suam Hispania in parte debet. Maritum enim suum, et si à se virum magnum, tamen haud aquæ altum, aut splendidum, ad illustria illa facta impellebat leniter ac ducebatur. At in vita privata, eadem mirifica. Vino etatem abstinuit. artibus litterisq; ita amica, ut sermonem Latinum, etate iam grandior didicerit, & auctores librosque intellegere atque interpretari potuerit. In fortuna & in morbis infraicta; atque etiā in partu sic magnanima, ut emitteret vix vocem. Rarum heroine exemplum, & cum veteri omni auro comparandum.*

PAG. 80.

Conuicia si irascare, agnita videntur, Magni rini cipes, in con-nue: a fort. spreta, exolescunt.] *Spreuit sane Augustus. qui cum audiret Älianum quendam male de se opinari solere: Faciam, inquit, sciat Älianus & me*

Suet. Aug.  
cap. L.

Plut. in  
Apoph.

Lib. xiii.  
Annal.

Roder.  
Sæt. H  
Part. I.

Lib. 11.  
Polit. cap. ix.

Lib. I.  
xxxii.

Zonar.  
Annal.

me linguam habere. *Animosè item Philippus Macedo, suadentibus amicis, maledicuum hominem in exsilio mitteret: Minimè sis, inquit, ne vagus & erro, apud plures de nobis malè loquatur. Plura & obvia talia exempla. sed canete tamen vos caniculae: quia non omnes Au-*

*Plut. in  
Apoph.*

*Roderic.  
Sæc. Hist.  
Part. III.*

*gusti sunt aut Philippi. Ramirus Hispanorum rex mirè probus fuit & in moribus simplex. ob eam rem cum irrisui Aulicis esset, & dieteriis identidem peteretur, ad extremum exarsit, & undecim viros nobiles ad se vocatos, in Osca urbe gladio percuti iussit: addito dicto,\* Nescit vulpecula cum quo ludat. Reipsa scilicet ostendit periculosem valde, τὸν λέοντα υὐθεῖν, leonem vellicare.*

*Ramirus  
aliter.*

\* Non sa-  
be la vol-  
pejs, con-  
quié tro-  
beja.

### Doctrinam nonnihil ad hunc finem

PAG. 81.

*Lib. I. Ep. promoue.] Iure moneo. nam, ut Symmachus Littera pro-  
LXXXIII. ait, scimus bonas artes honore nutritri, atq; specimen esse florentis reip. vt disciplinarum professoribus præmia opulenta pendantur. Sed tamen voculam, Nonnihil, de*

*Zonar. in industriā addidi: quia ut tollere eas noxiū; ita calide nimis promouere. Iustinianus τὰς τυπωθείσας αὐταῖς ἐνάση τῷ πόλεων διδοῦσι στήσις τοῖς ἐν αὐταῖς διδασκαλοῖς τὸ λογικῶν τεχνῶν καὶ διπτηροῦ, ξεσβίκαις τὸ ἐπάρχη εἰζένοψε. Εἴ τις τῷ πόλεων διδασκαλοῖς ἐχολαρκότων αὔξεντος ἐστὸς αὐταῖς κατεμπάτησε: antiquitus constitutas in quoque oppido annonas, professoribus bonarū artū dandas, de consilio*

Sed cum modo.

Malè, qui tollunt.

Præ

Præfeti sui sustulit, atque ita frigentibus  
passim per oppida Scholis, rusticitas & bar-  
baria occupauit inhabitantes. Mala hæc <sup>Mala, q.</sup>  
securis quam Thrax Imperator iniecit: sed illi <sup>nimirum</sup> <sup>gant.</sup>  
quoque occulte noxijs, qui effusè nimis promouerūt.  
Nam otium & mollitatem nullā re facilius aut  
honestius in animos irrepere, quām viā hac litte-  
rarum, omnino est fatendum. Atqui robur &  
virtus non sunt, ubi illa. Ut catuli ad venandum  
inepti, qui saltare & eiusmodi delicias docti: sic  
ad virilia exercitia parum apti, cines nimis ex-  
culti. Franciscum regem Primum, & Leonem  
Decimum, qui audite litteras excitārunt, in cœlum  
tollimus. Si propositum spectamus, merito; si fi-  
nem & successum, ambigo, quia reuera alter Gal-  
liam suam, alter Italianam, cultiorem amænioremq;  
reddidit, sed unā & molliorem. Quid bona spei  
reliquum, ubi etiam foemina passim in libris &  
litteris? atqui eo ventum. Mihi Spartani illi  
probi, qui ἀράματα πόλιν οἴεντα & ἀγέας ἐπάν- <sup>Plutarc.</sup>  
θανον. <sup>in Ly-</sup> <sup>avor.</sup> οὐδὲ αὖτις πατεία, πρὸς τὸ ἀρχεῖον καλῶς <sup>curg.</sup>  
ἐπέβησε, καὶ πατερέν τοντά, καὶ μηδὲ μαχόμενος:  
Litteras ad usum saltem discebat, reliqua  
omnis disciplina erat. ut pulchritate patarent,  
ut labores perferrerent, ut in pugna vincerent.  
Et à Principe meo in suis ciuibus id seruari, sua-  
deam valde. Non nimis, non omnes, studiis se  
applicent: sed Nobilitas tamen maxime: quia  
patres valere decet consilio, populo super-  
uacanza est calliditas.

*Et in primis  
à Nobili-  
bus.*

Sallust.  
ad Cat.

Plutarch,  
in Ly-  
curg.

LYSTI

IVSTA LIPSI  
AD III. LIB.  
POLITICORVM  
NOTÆ.  
IN CAP. I.

De Prudentiæ necessitate.

Lib. II. **N**ULLVM animal morosius, PAG. 84.  
nullum maiori arte tractā-  
dum.] *Inde Liuianum hoc ef-* Difficile,  
*fatum: Excellentibus ingenis* gubernare,  
*citius defuerit ars, quā ciuem*  
*regant, quām quā hostem superent.*

Mens vna sapiens plurimum vincit PAG. 85.  
manus.] *Hoc Ulysses ille apud sapientissimum*  
*vatem voluit, cum Mineruam (id est Pruden-*  
*tiam) sic affatur:*

Odyss. N. Αἰνέ μοι ὡς μεμαγά τρόπαιον γλαυκῶπι,  
Καίνε τριποσίσιον ἐγὼν ἀνδρεστι μαχοῖμεν  
Σὺν θεῖ, πότνια Θεά, στε μοι τερέφρεαζ' ἐπα-  
ρύγοις:

Atqui ego, si mihi sic adsistas cæstia diua,  
Vel tercentum contra homines concur-  
rere pugnâ

Ausim, te fretus comite, ô dea, & ad-  
iutrice.

## IN CAP. II.

De dupli Prudentiâ.

PAG. 87. Princeps sapiens, sapientium commercio.] *Cominatus*: Nullum maius indicium bonæ mentis Princeps potest ostendere, quam ut adiungat sibi & familiariter vtatur viros virtute & famâ celebres. Nam omnes statim iudicabunt eum tamē esse, quales ij qui apud illum. *Hoc fine utile, non tantum in consilio, sed etiam in contubernio quosdam habere, insigni tranquillitate vitæ, nullis reip. negotiis permixtos. Nam aliena hec fama valde ad tuam famam. Ita Alexandro Callisthenem, Scipioni Panarium & Polybium, Augusto Areum & Athenodorum, aliis altos adhuc seimus, priuatim magis ornamenta quam publicè adiumenta.*

Capite  
xxxiii.Tac. IV.  
Ann.

## IN CAP. III.

De Adiutoribus Principis.

PAG. 89. Sed quî parabis: iudicij hic res est.] *Simo res etiam aliqua Industria. Nam iam quidā formandi ad rem.* Princeps à pueritâ instituit, pacis aut belli futuros ministros. & Germanorum proceres Alumnos quosdam (ita appellant) suo sumptu educant, in eundem usum. Quid si imitetur Princeps, & selecta quedam ingenia à teneris formari cures ad res Ciuitatis laudem. Apud Macedoniam quid seruatum, Q. Curtius verbis dicam. Mos erat Principibus Macedonum, adultos liberos regibus tradere, ad munia haud

Proœ  
cap. x

Cap. xi

Lib. Ix.

haud multum seruilibus ministeriis abhorrentia. Excubabant seruatis noctiū vicibus proximi foribus eius ædis, in quā rex acquisiebat. Ij actos ab agasonibus equos, cùm rex ascensurus esset, admouebant: comitabanturq; & venantem, & in præliis, omnibus artibus studiorū liberaliū exculti. Præcipuus honos habebatur, quod licebat sedentibus vesci cū rege. Castigandi eos verberibus, nullius potestas præter ipsum erat. Hæc cohors, velut Seminarium Ducum Præfectorumq; apud Macedonas fuit. hinc habuere posteri reges, quorum stirpi post multas ætates Romani opes ademerunt.

## IN C A P. IV.

## De Consiliariis.

**O**PTIMVM quemque fidelissimum puta.] Rex Salomon (cuius scripta diuinæ humanaq; Sapientia plenissima, uti & Syrachide, unice tibi commendo.) paucis verbis: Consilia impiorum fraudulēta. Excludo autem ab hac probitate etiam eos, qui rem suū priuatim male gesserunt, conturbatores aut decoctores. Basilius Imp. ad filium. Συμβέλοις ἢ χεῶν τοῖς καλῶς οἰκεῖ τὰ σινέων βελτίωντες Εἰδοκίασσι, ἀλλὰ μὴ τοῖς κακῶς ἐξ ἀβύλις τὰ ἐπιτῆρτα σινονομίασσι. ὡς κακῶς οἰκεῖ τὰ σινέα διατεθεῖς, καὶ ἐποτε καλῶς βελτίσσεται οἰκεῖ τὰ ἀλογεῖων: Consiliariis utere iis, qui rebus propriis benè consuluerunt, recteque eas administrarunt, non autem qui per imprudentiam male. Nam qui

PAG 90.

Salomonis  
scripta pla-  
ne diuina.Decoctores  
non apti ad  
Consilia.Proverb.  
cap. xii.

Cap. xix.

b. 11x.

suis rebus malè prospexerit, nunquam ille  
bene consuluerit alienis.

P A G. 91.

Confiliarū  
linguarum  
periti sint.

**Morum animorūmque prouinciae  
gnaros.**] Etiam lingua: si tamen sermo diuer-  
sus, in locis qui tibi pārent. Nam isti qui per in-  
terpretem accipiunt omnia aut reddunt, nec tam  
grati nec tam idonei ad agendum. ac multa ne-  
cessario eos fallunt.

**Non exteros temerē, non aduenas.**]

Confiliarū  
exteri mali.

Noti Princeps. nam hic peccamus. Ut vulgo re-  
media quedam ab Afris aut Indis petita astima-  
mus: sic plerumque externa ingenia praeferuntur  
internis. At non oportet. Primum, quia ab hac re-  
turbæ. Indigena haud facile cōcoquunt, in suā rep.  
plus aliquid credi aut tribui alienis. Inde linor,  
questus, & auersio quedam animorum. Secundo,  
quia raro illi, morum, ingeniorum, & totius reip.  
periti. Plato autem breuiter & recte dixit: Eido- Alcib. 1.  
τὸν μὲν εὐάγκειον συμβελόν: Consilium eius est,  
qui rei cuiusq; peritus. Quod idem alibi dif- In Phæ-  
fusius: τὸν μὲν εὐάγκειον τοῖς μέλισσοι καλῶς  
βελδεῖσθαι, εἰδέναι τὸν δὲ οὐκ ἔντελον, οὐ παντες  
ἀπαρτίσειν ἀράγειν: In omni re consulendi  
principium, nosse id de quo cōsilium insti-  
tutum: aut totā viā aberrare necessum est.  
Tertio, quia etiamsi iis peritia, vix tamen affectus  
aut fides. Quid potest in alienam rem publicam? in  
quā semper illud cogitent: Mihi istic nec seri- Plaut. E-  
tur, nec metitur. Itaque ad commodum suum,  
aut arbitrium Principis, videbis pleraque ab iis  
referri. Quarto & ultimō, quia usū compertum  
confi

Non amant  
eum aut  
curant.In Phæ-  
deo.

Epist.

Turbit  
statum.Imperiti  
eius sunt.VII. P.  
cap. 1.Cic. I  
SenecaPlaut. E-  
pidic.Iunuc  
puds

consilia externa serè esse infasta. Alexander ma- Infelices  
lè audire coepit, cùm Persas audiit: Romani labi, sunt.  
cùm Gracos & exteroros: noster Carolus Audax,  
(ne plura cumulem) cui ruinam suam nisi Cam-  
pobacchio debet? Effatum hoc habe: Ut in quam Ruit respu-  
domum vespillones veniunt, signum est funeris: sic blica, quam  
reip. labentis, ad quam fulciebat adhibentur pe- ij sustinent.  
regrini. Quod tamen ita intellego, si multi. nam ut  
vnum aut alter interdum, fide aut ingenio valde  
cognitus, haud pertinaciter damnem.

Item Senes.] Qui tales non annis magis, P A G. 91.

Epist. i v. quām moribus. Nam in quibusdam, ut ait Se- Senes à mo-  
neca, non pueritia, sed, quod est grauius, ribus quo-  
puerilitas remanet. que asti-  
mandi.

Consilia senum, hastas iuuenum es-  
se.] Pindari dictum est, uti è Plutarchi Lycurgo iuuenes in-  
videbis. cui hoc Aristoteleum velut interpreta-  
mentum adde: ἢ μὴ διώαπες εὐ νεοτέροις, ἢ δὲ  
φρόνοις εὐ φρεστέροις εἰ: Vires in iuueni-  
bus, Prudentia est in senibus. Iuuenes autem  
non solum à consiliis, sed omnino à rep. amouendi,  
caussâ duplice. Primum, quia Temeritas & calor Consilia una.  
in iis. Atqui cùm ad gubernacula rep. te-  
meratij atque audaces homines accedunt,  
maxima ac miserrima naufragia fiunt. Dein- Causâ al-  
de, quia non cadit in etatem eam. Authoritas: que  
tamē ad iubendum suadendumq; plurimum va-  
let. Opinio sepe de aliquo, plebem magis mouet,  
quām res aut ratio ipsa. Solon igitur iure vetuit Solō eos omni-  
Iuncus a- τὴ σφόδρα νέον μήτε ἀρχεῖν, μήτε ξυμβαλλεῖν, εἰ οὐ  
pud Stob. ἀείσαι δοκοῖσι γνώμης ἔχειν: valde iuuene neq;

magistratū gerere, neque consulere, etiam si optimè à mente constitutus esse videretur.

*Anales leges utilissima.* Rei etiam Romanae grande olim fulcrum, Annariae leges: quas male amissas bonus sapiensque Princeps reuocabit.

P A G. 91. *Fortunā variā exercitos.] Nam qui Felices vix adsiduē in rebus prosperis & latē, quid sapiat?*

*Magis qui aliquando adficiuntur.* Non temerē aduersa casum reputat, quem Liu. xxx. Fortuna nunquam decepit. At qui aliam eam expertus est, magis ille ad Modestiam fatus & Cautionem, præcipuas Prudentiae partes.

Pindarus rectē:

— ὁ τονίας ἡ νόη,

Kαὶ τρομάθειαν οἴρει:

— Qui mente laborauit,

Prudentiam inde aufert.

Tacitus item de Caractaco, Quem multa ambigua, multa prospera extulerat, ut ceteros Britannorū Imperatores præmineret. Annibal de se, ad Antiochum: Hæc suadeo. qui vt non omnis peritissimus sum belli, cum Romanis certè bellare bonis malisq; meis dico. Nec solum Consiliarij, sed ipsi Principes

*Principes tales, optimi.* optimi & prudentissimi, qui aliquando in aduersa sorte. Carolus v. Galliarum rex mira sapientia fuit, atque adeò cognomen id etiā tulit: sed quem

Ludouicus penè totū occupari ab Anglis. Ludouicus xi. planè callidus. sed ille quoque nonne per annos sex à patre & patria profugus, apud Philippū. Ducem Burgun

*Carolus V. Sapiens.*

*Ludouicus xi. callidus.*

Burgundia egit, quid nisi exsul? Emanuel Allobrogum nuper Princeps, in eadem hac classe. Verisimiliter igitur Graecorum verbum: \* Εξ ὦν ἐπαθεῖς, οὐδὲν: & Misericordia Prudentiae bona mater.

Emanuel  
causus.

\* A qui-  
bus Iesus,  
ab his do-  
cens.

**Quod satis sit, acutos.**] Profecto mali & inepti, qui nimis. Disputare & sermocinari magis, quam suadere possunt: & tēpus saepe terunt milium, quod dicitur, terebrando. Tu scito, caput omne consiliū esse, non in acumine, aut sermonum rationumq; copiā, sed in directā quādam iudicij normā. Ea autem plerumque his acriculis abest. Machiauellum vide: quid eo acutius? at parū bonus aut felix ille Cæsari Borgiae Consiliarius, quidquid excusat se & fatum accusat. Vide Clemētem V 11. Pontificem. mirā ei ingenij vim omnes tribuunt: sed in actionibus consiliisq; quam infelix, Roma scit & nunc etiā dolet. In populis ipsis hoc notabis. Quis nescit Athenienses ante Spartanos, Florentinos ante Venetos, ingenio & acrimoniam fuisse? melius tamen constantiusq; hos remp. suam direxisse omnes videmus. Causa huius rei tres.

Exempla.

Rationes ite  
tret.

Prima, quam in Textu libauit. quod velocia ista ingenia semper mouent aliquid, & nec quietas, quieta simunt. Altera, quod in multiplici inuetione & rationum copiā plerumque natant, & agre expediunt aliquid cui insistant. Tertia, quod ea sibi proponunt, quae non sunt, non erunt; & mentem consiliaq; aduersarij estimant à subtili suā mente. Atqui ille saepe stipes, nec quidquam tutius (obiter moneo) quam de consiliis eius, ex ipsis in-dole moribusq; indicare, aut eorū qui apud illum

An littera- magni. Sed aliquis hic querat. Quid ergo? subti-  
ti apti ad les quoniam damnas, etiamne litteratos? Hand  
Consilia? prorsus. ego vero libenter eos in Consilium admit-  
Per se, non to, sed qui non sunt hoc tantum. Nam qui sola &  
nimu. nuda ista cognitione litterarum se iactant, valde  
repello. Constantius Imperator Constantini F. me  
quidem iudice, valde hic peccauit: qui, ut ait  
Zonaras, vnde era τῇ γερασίᾳ συνέταξε, ὃς ταῦτα εἰς In Con-  
μὲν μετέληχεν, εἰδὲ οὐκού τρόπος τὸ λέγειν, καὶ οὐδὲ  
γένθειν ἐμμέτρως τῇ τελῶς: neminem in Se-  
natum allēgit, nisi eruditum, quique se ad  
dicendum exercuisset, & sciret scribere vin-  
dā oratione & solutā. Nimis tribuit nostro  
generi: nec vel doctissimi semper ad rem. apti.  
Bent, si do- Necessum est adsint aliae dotes, de quibus in  
tibus aliis hoc Capite monemus. Quas si adferunt: o magnos  
mixti. tunc, & Principi optandos! Nam desiderabilis  
Laudatio eruditio litterarum, quæ naturam laudabi-  
vera doctri- lem eximiè reddit ornatam. Ibi prudens in-  
na, uenit, vnde sapienter fiat: ibi bellator repo-  
rit, vnde animi virtute roboretur: inde Princeps accipit, quemadmodum populos sub  
æqualitate cōponat. Nec aliqua in mundo  
potest esse fortuna, quā litterarum non au-  
geat gloria notitia. De his talibus ipsa Sa-  
pientia loquitur: Ego Sapiētia habito in con- Cassiod.  
silio, & eruditis intersum cogitationibus. Proverb.  
Var. lib.x. Ep. III.

Hist.

Ep. LX  
totā.Ecc  
c. xxx

## IN C A P . V .

De Ratione consulendi.

P A G . 93.

**C**ONSILIORVM gubernaculum,  
Lex diuina.] Apparet ergo merito Cōsiliis  
inter

interesse debere viros Sacros religiososq; id est, An Sacer-  
dotes in Co-  
silium legis eius peritos. Tamen alij abnuunt, & indecom-  
ram atque inutilem censem hanc mixturam. Ni-  
cephorus Gregoras inter hos videtur. Où γδ,  
Hist. III. inquit, Θεωρία τονδιάτην καὶ πράξις πολιτική,  
ώς τὰ πολλὰ συνέναι τεφύκασι. Non enim Spi-  
ritualis contemplatio, & Civilis administra-  
tio, ut plurimum, inter se iunguntur. Et  
Ep. LXVII. Syncerus Cyrenensis Episcopus multo apertius:  
totā. Πολιτικὸς ἀπέτιος ἡρωτικὴ συνάπτει, τὸ πλάθειν  
τὰ δεῖ ἀσύγχρονα: Ciuilem virtutem iungere  
cum sacerdotio velle, est miscere omnino  
non miscenda. Ac plura & diffuse in eam rem  
ibi scribit. Quid ergo nos cum venia sic censemus.  
Interdum utiliter esse.  
videlicet, cum de rebus planè seriis grauibusq;  
agitur, & quæ tangunt uniuersum statum. Nam  
tunc sanè quidni audiantur? siue ut robur &  
auctoritatem bone sententiae adferant, siue ut  
reprimant coērcentq; in aliam ruentes. Nam  
quamquam illi rerum Ciuilium propriè non pe-  
riti: tamen saepe etiam in istis saluberrimè con-  
sulunt, & Syrachides non falso scripsit: Anima  
Eccles. viri sancti enunciat aliquando vera, quām  
c. XXXVII. septem circumspectores sedentes in excel-  
so. At semper tamen eos & adsidue, etiam rebus  
consiliis que minoribus adhiberi non probem: nec  
id mihi aut ex illorum videatur, aut publico usū.  
Districti videlicet terrenis curis, cœlestia illa de-  
serent; nec terrena ipsa (quippe aliud illorum mu-  
nus) satis commode aut decorè administrabunt.

P A G. 93.

Liberi &  
veraces cō  
filiarij esse  
debent.

Rara ea  
virtus.

Adulatio  
regnat.

Temperan-  
da tamen  
libertas.

P A G. 94.

Mutatio in  
consilii tur-  
pu.

Caroli V.  
successor.

Fas ali-  
quando mu-  
tare consilia.

Libertatem secundò.] *Magnum in Con-*  
*filiario atq; utile munus, ut libera ei lingua. Solon*  
*olim recte: Συμβέλος μὴ τὰ ἱδίσα, αλλὰ τὰ κάλ-*  
*λισα: Consule non quæ suauissima, sed quæ*  
*optima sint. Sic oportet, nam rara hac nimis in*  
*Aulis Principum virtus: & vis scire cuius rei*  
*inopiā laborat magna fastigia? quid omnia*  
*possidentibus desit? ille qui verum dicat.*  
*Certamen plerumque adulatio[n]is est: & dant se*  
*non magno alicui solum, sed his qui magni apud*  
*magnum. Placentini aut Laudenses frē hoc totum*  
*genus, pauci Veronenses. Inter hos tu esto: & scito*  
*liberè te semper cum Rege loqui posse, sed non de*  
*Rege. Cum modestia tamen: ad quam Hephaestion*  
*ille tibi praeit apud Curtium: Libertatis quoq;*  
*in admonendo (Alexandrum) non aliis ius*  
*habebat: quod tamen ita usurpabat, ut ma-*  
*gis à rege permisum, quam vindicatum ab*  
*eo videretur.*

Laert. in  
Solone.

Sen. vi.  
De Benef.  
cap. xxx.

v. D  
nef.  
xxv.

Lib. 1  
De r  
Alex.

Tertiò Constantiam.] *Turpis enim &*  
*fœda illa vacillatio sententiā mutantium, & cer-*  
*tum signum non certa mentis. Idj, cum singulis*  
*Confiliariis, tum magis Confiliis, vitandum. ne*  
*audiant illud, quod Carolus v. Imp. facete con-*  
*ijcere in Germanorum conuentus solet. quos affi-*  
*milabat viperis: quia (aiebat) ut ista matres suas*  
*tollunt; sic illorum posteriora decreta, priora.*

At non Rigorem.] *Consilia enim ad*  
*eventus & tempora accommodanda & sepe in-*  
*flectenda sunt: atque, ut Plato ait, γενὶ ωτερός εὐ De Rep.*  
*ωτερός κύλει, τοπός τὰ πεπλωτά τιθεντὸς τὰ αὐτὰ*  
*τοπούγ*

lib. x.

τράγματε, ὅπι ὁ λόγος ἐρεῖ βέλτιστὸν ἔχειν, ἀλλὰ  
μὴ τροπαιάντες, καθάπερ παιδεῖς, ἔχομέντος τοῦ  
πληγήσθετο, εἰ τὸ βοῶν διατρέψει: oportet, tan-  
quam in taloru iactu, ad id quod ceciderit  
res suas aptare, quocumque modo ratio id  
optimum esse dixerit. non autem, quasi pue-  
ratos, ipsos quoque cadentes, firmiter eam rem  
tenere in quā impegeris, & clamando qui-  
ritandoque tempus consumere. *Consilia ergo*  
*noua pro rebus nouis, aut ubi priora improspera.*

Sed cum  
causa.

Arte enim & flexu quodam opus  
sæpe. ] *Seneca apposite: Huc illuc frænis le-*  
niter motis flectedus est animus, paucis sui  
rector optimus. Plerique enim rectorum re-  
ctore alio egent, et si palam habere eum spernunt.  
Callisthenes hic offendit, qui preter monita magni  
sui Doctoris, nimis apud Alexandrum abscissus &  
asper. Quæ debebat dicebat, sed non quomodo de-  
bebat. Arriani causa sententia ego accedo: οὐ τέ-  
τω ἐγὼ ὅτε ἐσιθεντὸς Ἀλεξανδρῷ, οὐτοὶ σπαζότε  
τοι Καλλισθένες φτονεῖτε, οὐδὲν ὑδαποῖ ἐπαυτὸν ἀλλὰ  
τὸ καθ' αὐτὸν γε πορνίως τίθεσθε ἔξαρκεῖν φημι,  
αὐτοὺς (οὓς ἀντιτίθετε) τὰ βασιλεῖα τραγματεῖ, στωτὶς  
ξωτίνας εἰς ἀποξύσαστε. οὐδὲν ἀπειπότως δι' ἀπεχ-  
θείας γνωρίζετε Ἀλεξανδρῷ Καλλισθένους τίθεμαι, οὐδὲ  
τὴν ἀκαίρῳ τε φαρρύσιᾳ, οὐ υπερόγκῳ ἀβελτνείᾳ:  
Ego verò nihil eorū, quæ vel ad Alexandri  
iniuriam, vel ad Callisthenis morositatem  
pertinent, laudauerim. Sed illud aio & sta-  
tuo, sufficere ut seipsū modestè habeat ge-  
ratque, & Regis, quoad fieri potest, negotia

P A G. 95.

Reges leni-  
ter regendi.Callisthenes  
præfatione.Lib. i v.  
De reb.  
Alex.

promoueat is , quicumque adesse & seruire illi in animum semel induxit. Nec immerito grauem fuisse Alexandro Callisthenem, tum ob intempestiuam libertatem, tum ob superbam stultitiam.

P A G. 95.

Regibus nō  
frustrā ob-  
niendum.

**Quoties necessitas ingrueret, prudenter moderans.]** Praclarum huius Piso-nis exemplum, atque omnino imitandum. Plato ad Dionis propinquos : ταῦτὸν ἡ κακὴ τοιεὶ πόλεως Epist. vii. αὐτὲς διαγέμδυοι ζεῦ ζεῦ τῷ ἔμφροντι. λέγειν μὲν, εἰ μὴ καλῶς αὐτῷ φάγοις πολιτεύεσθαι, εἰ μέλλοι μήτε ματάμως ἐρεῖν, μήτε δοπθανεῖσθαι λέγων : Hoc codem animo erga patriam suam affectum, viuere prudentem virum oportet. Dicere quidem, siquid non recte administrari ei videatur : sed eā lege, si futurum putet ut neque frustrā dicat, neque dicendo vitæ periculum incurrat. Quod tamen ita verum, nisi rex aut regnum periclitetur. Nam tunc nullum discriminem bonum consiliarium teneat, quin claret. Themistocles ille exemplo, qui olim ad La- Plut. in Themist. cedæmonium : Feri, sed tamen audi.

**Quintò Silentium.]** Omnino seruandum Consiliorū in Consilio, quod vim habere vis aut usum. Et acīs funt. seruandum etiam tuā consulētis causā. quia ar-duum nimis est, meruisse Principis secretū, vbi siquid cognoscitur, prodi vel ab alio formidatur. Alexander cum arcanas quasdam litteras Hephaestioni legisset, detractū annulū ori eius admonuit. quisque sibi id factū putet, & simul in Consilium lectus est, os sibi clausum à Principe signa

Cassiod.  
lxx. Var.  
Ep. x.

Lib. 2

Vale-  
cap.

Liu.

Ex-  
xxxiiAn-  
xiiii

*signatumq;. Persas cogita: apud quos, ait Am-* Sicut apud  
Persas.  
*Lib. xxi. mianus, nemo consiliorū est conscientis, præ-*  
*ter optimates taciturnos & fidos, apud*  
*quos Silentij quoque colitur numē. Etiam*  
*Romanos. quorum Curia, in tanto numero Sena-* Sicut apud  
Romanos.  
*torum, silentio sic undique clausa; ut non dicam*  
*Valer. 11. cap. 11. vnum, sed neminem audisse crederes, quod*  
*tam multorum auribus fuerat commissum.*  
*Notabile illud de Eumene rege: qui cum Romam*  
*venisset, & regem Persen in Senatu accusasset, ac*  
*Liu. xl. 11. de toto bello cū Patribus deliberasset: in præsen-*  
*tiā nihil, præterquam fuisse in Curiā regem,*  
*scire quisquā potuit. bello deniq; perfecto,*  
*quaēq; dicta ab rege, quaēq; responsa essent,*  
*emanauere. Mira & diuturna silentij fides.*

## IN CAP. VI.

## Vitanda Consiliariis.

**A**DVERSVS peritos, peruicaces.] PAG. 96  
*Turpe. & est aliquis, etiam ubi iustè refragari, refragandi modus. Demosthenes merito*  
*Spartanorum institutū laudat, quod tale. Ferunt,*  
*Exord. xxxix. inquit, apud eos dum decernitur, quemque*  
*sententiam suā liberè promere: sed ubi de-*  
*cretum est, eadē laudare omnes, & adiuto-*  
*res esse etiam illos qui contrā dixerant.*

**Discordia inter consuasores.**] PAG. 97  
*Perniciosa semper, non aliter quam si remiges & nauta* Dissidia i  
Cōfiliū ma  
la.  
*digladientur in vnā aliquā nauī. Tacitus notat:*  
*Iulius Classicianus Suetonio discors, bonū*  
*publicū priuatis simultatibus impediebat.*  
*Et sēper ita euenit, ubi inter collegas emulatiōnes.*  
Quid

*Ad limen  
uriae po-  
ndra.* Quid remedij? ut aut ponantur ea, aut certe seponantur. Aristidis exemplo: qui Themistocli valde aduersus, cum tamen una in legationem missi essent, & ad portam Urbis venissent: Vnde o Themistocle, inquit, inimicitias paullisper Plut. hic deponamus, recepturi eas cum redierimus? Sciebat scilicet rem communem, sine communione animorum, nunquam recte administrari.

*P.A.G. 97.* Auaritia, siue rei suae studium.] Ah Auaritia pestis! Nullum enim est officium tam sanctum atque sollempne, quod non auaritia comminuere ac violate soleat. Cauenda illa, & omnes ad eam causae. Ideo prouide illi populi: quibus legē fuisse Aristoteles ait, ut qui agros limitaneos hostibus haberent, non admittentur ad Consilia belli gerendi, quasi ob priuatæ rei aspectū suadere minus cōmodè possent. Nec Principi remedii hic aliud, quam ut ne naturā tales eligat: & item ut prolixè cum electis agat, atque omnia à se exspectent.

*A.G. 98.* Lex Thebanis, quæ vetuit. ] Uidentur mercatores remouendi à reipub. administratione mercatores, causâ non una. Primum, quia consuetudine & inclinatione auari: ideoq; facile publicam rem, in suam vertant. Secundo, quia parum magnanimi aut splendidi: atque, ut Aristotelis verba usurpē, αγαρίς ο τοιστοὶ βίοι καὶ ὡπός ἀπέτελον πενταρτίοι: parum generosa hæc ratio vitae, & virtuti aduersa. Tertio denique, quia in publicâ persona Autoritatē id minuit: & ut Luius ait, questus omnis indecorus Patrib. est visus.

Ab

Cic. pro  
Quinct.Polit. vii.  
cap. x.In So-  
ne.

Liu.

Ad  
Gra

Lib.

*In Solo-  
ne.* *Ab hac sententia fateor me stare, præsertim in  
Regno. Vbi tamen aut rara nobilitas, aut plerique  
honestiorem amplexantur id genus vitæ: non ni-  
mis eos repellam. & scio Venetos, Florentinos, Ge-  
nuates, Batauos sic usitasse, haud magno suo malo.  
Quinetiam olim dignitatè mercaturæ fuisse,  
Plutarchus tradidit: ut, quæ commoda ex re-  
gionibus barbaris afferret, amicitias cum  
dynastis conciliaret, & ad multarum rerum  
peritiam conferret. Nota Princeps. & hoc *vñs eorum*  
genere hominum cum fructu sàpe utere, siue ad  
ad explorandum, siue ad ingressum & aditum  
aliquem apud longinquos & ignotos faciendum.  
Nonne hoc Lusitanis regibus limen ad Orientis  
regna & primus gradus?*

## IN CAP. VII.

Impedimenta boni consilij.

*F* [I D U C I A.] *Noxia valde in consiliis, quia* PAG. 92.  
*suas alienasq; vires parum librat, & euentus* Perfidentes,  
*omnes aptat ad sua vota. Principes eadem sàpe* noxi.  
*fallit. qui naturâ magni, libenter audiunt hos ma-*  
*gnanimos, & spem magis ipsam, quam spei*  
*caussam intuentur. Arcenda, videndumq; sem-* Cum metu  
*per ne illud audiamus: ἡρίν ἐσφάχθει, δέρεις* consulendum  
*Priusquam occideris, excorias. Polybij sanum*  
*hic dogma, iubentis: μιδέποτε βιλλέεις οὐδὲ τ*  
*μέλλοντος, ὡς οὐδὲ γεγονότθ, μιδέ τροκατελπί-*  
*ζειν βιβαρμένες ὑπὲρ ὧν αὐμὴν ἐνδεχόμενον οὖτιν*  
*ἄλλως γένεσθαι, νέμειν τὸ μεσίδα τῷ τελευτώντι,*  
*πανταχῇ μὴν ἀνθρώπους ὄντας, μάλιστα δι' ἐν τοῖς*  
*πολεμοῖς: Nunquā de futuris rebus, tanquā* iam

Liu. xxii.

Adag.  
Græcor.

Lib. II.

iam factis, deliberate; neque præsidere constanter in iis quæ aliter euenire possunt: sed partem aliquam inopinato euentui relinquare, cùm vbiique homines simus, maxime verò in rebus bellicis.

P A G. 98.

Imperiū ple  
rique flo-  
tidi.Aut adu-  
latores.

**Cum sapientiâ non commiscetur.]**

*Non hercules, cùm sit Imperiū ipsa proles. Thucydides: Αρεβία μηδέ δράσες λογισμούς ἢ ὄντων φέ-  
ψι: Inscitia Fiduciam, Prudentia Cunctatio-  
nem gignit. sive ut Hieronymus transtulit: Im- Epist. ad  
peritia Confidentialiam, Eruditio Timorem Euagr.*

creat. *Cui apud reges Adulatio etiā sape mixta:  
dum auribus illorū seruiunt, & tam magnos va-  
lidosq; eos faciunt, quam videri volunt. Talis Mi-  
nio ille apud Antiochum: qui ignarus omnium Liu. xxxv.  
externorum, viresque æstimans regis ex re-  
bus in Asiam Syriaq; gestis, temere eum impulit  
ad Romanum bellum. Accessit eiusdem ingenui  
nescio quis Alexander Acarnan, qui tanquam Ibidem.  
non utrum bellandum necne esset, consule-  
retur, sed ubi & quâ ratione bellum gerere-  
tur, victoriâ se haud dubiam animo propo-  
nere affirmabat. O pestilens genus, presertim  
ubi Princeps ipse ad typhum & fastum inclinat!*

Quan-  
quaten-  
s  
coſilia  
ta aut je-  
tiar, vilia?

**Consilia calida & audacia.]** Quæ tamen  
haud semper improba, ne erres. In communi qui-  
dem administratione rerum valde damiana:  
at in novo aliquo aut subito discrimine, utiliter  
& necessario sepe adhibenda. Doctor noster regu-  
lam hanc suggerit: Cunctatione nō opus, ubi Tacit. i.  
perniciosior sit quies quam temeritas. Imo ab Hist.  
eodem

111. E

Ibide

Lib. v.

Sen. xxii

III. Hist. e. *demusces*: Inter ancipitia, deterrimū esse, rebus ex-  
media sequi. Obserua. quia plerique hīc pec- tremū, me-  
Ibidem. cant, & in rebus afflictis, ut idem loquitur, nec dia sper-  
prouident satis, nec audent. nenda.

**Celeritas, infamis naufragiis.]** *Pul-* PAG. 99.

Lib. viii. chre Artabanus apud Herodotum. Επειχθίων  
μὴ τοῦ πατρὸς τοῦ πατέρα τίκτη σφάλματα. εἰ τοῦ  
ζημιαῖς μεγάλαις φιλέστο γίνεσθαι. ἐν ᾧ τῷ δημοχεῖν  
ἐνεστὶ ἀγαθὰ, εἰ μὲν τοῦ πατέρα δοκέοντα τῷ, αλλ’  
ἄρα γέροντος δέποι τις ἀντί: Festinare quodus negotium,  
gignit errores: unde maxima detri-  
menta exoriri solent. At in cunctando bo-  
na insunt, quę si non statim talia videantur,  
tamen in tempore bona quis esse reperiat.

**Consulta oportet exequi festinan-** PAG. 101.  
ter.] *Velleius M. Agrippa hanc laudem tribuit,*  
*Vir, inquit, labore, vigilia, periculo inuitus,*  
*& per omnia extra dilationes positus, con-*  
*sultisque facta coniungens.*

IN CAP. IIX.

**E**GO hīc sisto Lector, & sunt mihi  
caussæ. Aliás, ut spero, perficiam: si nō,  
tu per te hæc talia enota & adiunge. nam  
specimen hīc & exemplū vides. Sed Tex-  
tum nostrum in primis scrutare. nam, ut  
ille inquit, leuum metallorum fructus  
in summo est: illa opulētissima sunt,  
quorum in alto latet vena, assidu-  
pleniū responsura fodienti.

FINIS.

P  
In  
ri  
lia

A  
lai

*L V G D V N I,*  
EXCVDEBAT GVICIARDVS  
IVLLIERON anno 1594.

Baspar

Quan  
quaten  
cūsilia  
ta aut jū  
tia, vtilia?

Iam  
pernit

at

